UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis

Florentius <Batavus>

Antverpiae, 1551

urn:nbn:de:hbz:466:1-30077

Visual Library

Th. 3093.

I. V
6

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex donatione R. D. Sebastiani Schoultetj.

Via Vitæ Operis huius Hypothesis.

Habet hoc opus pias & spiritualeis christiani hominis institutiones exhortationesq;, quibus eruditur quo pacto & incipienda, & continuanda sit uia uirtutum, ut tandem ad ueram peruenire possit uitam spiritualem: Autore in teutonico idiomate D. Florentio Harlemano. Carthusianorum apud Louanium cœnouiarcha, interprete latino Tacito Nicolao Zegero minorita.

Collegij Societatis Jesu Paderbornæ. 1598.

Hæc est uia, ambulate in ea. Iesa. 30.

Cum Gratia & Priuilegio.

ANTVERPIAE.

Ex officina Ioannis Loëi. Anno.

M. D. LI.

CÆSAREO PRIVILEGIO CAVtum est, ne quis præter Ioannē Loeū, librarium à Cæs. Maiest. admissum, in vniuerso cęs. Maiest. dominio intra triennium imprimat, vel Imprimi curet vel alibi impressam distrahat, Viam vitæ fratris Florētij, Chartusiani Harlemensis: à fratre. Ta. Nicolao Zegero Bruxellano latinę redditam: Ab eximio viro atq; domino, Domino Ioanne de Mera Canonico Deiparæ Ecclesię Antuerpiensis Visam & approbatam. Qui secus fecerit ei mulcta Viginti florenorum & omnium exemplariorū indicta est: vt latius patet in literis eidē à Cæs. Maiest. concessis, Bruxellæ 2. Martij An. 1.5.51. Et subsignatis.

P. de Lens.

ORNATISSIMO SPECTA-
tissimoq; viro D. Theodorico Hezio pro
tosemiodi apostolico, collegij Leodiensis
apud S. Lambertum vicedecano, &
hæreticæ prauitatis inquisitori
Tacitus Nicolaus Zege
rus minorita.
S.

EN, prodit tandem in publicum Hezi exi
mium canonicorum decus, via illa uitæ
tantoperè tuo calculo comprobata: ac
sese iam innumeris longè lateq; in uni-
uerso Christianorũ orbe dispersis amplectendã cal
candamq; præbet donata latinitati, quæ hactenus so
lis patuit germanis inferioribus, utpote uno scripta
idiomate teutonico. Libellus sanè aureus, & omni-
bus Christianis ex mundana & scelerosa uita ad fru
gem sese recipientibus uitæ melioris multo utilissi-
mus. Scriptus quidem est in primis ab ipso autore mo
nasticæ militiæ candidatis, ac tyronibus: uerũ ne ijs
seruiret solis, quoniam uia est uitæ nullis non expe-
tendæ & ambiẽdæ mortalibus, ita digestus est, ut ubi
que ferè quod ad restipiscentium & incipientium at-
tinet gradum, nulli non seruiat hominum generi,
paucis aliquot exceptis capitibus in tractatu 3 & 4.
quæ peculiariter monasticæ religionis tyronibus cõ
gruunt. Huius autem libelli excellentem eminentiam

 & utilitatẽ,

& utilitatem, quum primum te commendatore didi-
ciſſem, eodem etiam hortatore atq; adeo impulſore,
non dubitaui ipſum in eum tranſfundere eloquij am-
nem, qui utilitatem ipſius quam facillimè proferret
ad quam plurimos: & unde facile diriuari poſſit (ſi-
cuti id uehementer exoptas) in uarios alios lingua-
rum riuulos: certo perſuaſus tanti uiri utpote &
raræ cuiuſdam pietatis, & ſingularis eruditionis
nomine apud omneis celebrati (ut cæteras ſileã præ-
ſtantiſsimas tum dotes tum uirtutes) hac in re ſuffra-
gium atque conſilium tale ac tantum eſſe ut merito
iſthuc à nobis aut certè ab alio quopiã debuerit im-
petrare. Sed erit quod hic fortaſſe in noſtra inter-
pretatione ſis deſideraturus, nimirum precationes il
las ſingulis adiunctas capitibus in exemplaribus teu-
tonicis: quas propterea hic omittimus quòd hæc ſcri
bamus non mulierculis, non rudi plebeculæ, ſed uiris
& prouectioribus, eoq; ijs qui facilè ex quouis ar-
gumento ſcient ſibi formare precationẽ, quemadmo-
dum autor ipſe, ex argumentis ipſorum capitum: ma-
ximè quum huius rei exempla aliquot demus, tranſla
tis precationibus ſingulorum tractatuũ poſtremis:
Deinde propterea preces ipſas omittendas duximus
quod ſperaremus tanto facilius citiuſq; libellum ip-
ſum per typographos in lucem emittendum, quanto
minus haberet ponderis. Sunt & alia nonnulla, in
quibus ſicut nec nobis ipſis ſatiſfecimus, ita fortaſ-
ſe & tuæ aliorumq; prudentiæ iudicabimur haud fe
ciſſe ſatis.

ciſſe ſatis. Quorum unum hoc eſt quod adductas doctorum autoritates non ubiq; adſcripſerimus proprijs ipſorum uerbis. Quod ſanè ut præſtaremus (ſi cuti id in nonnullis præſtitimus locis eiſq; non paucis) quum non mediocrem adhiberemus diligentiam, nihil arbitrabamur nobis magis cõmodaturum quã conſulta autoris noſtri antographa. Verum illa tandem poſt frequentem ipſarum inquiſitionẽ, poſt crebram percontationem, deniq; poſt longam expectationem ſuppeditata, nihil nobis hac in re contulerunt. Alterum eſt quod in aliquot capitibus in fine tractatus tertij, rurſus in exordio tractatus quarti ea ferè poſuerimus quæ in ſchedis reperimus domini Florentij, ubi multis in locis non reſpondent latina teutonicis. Verum infeſta quædã & prolixa febris quacum id temporis ancipiti marte depugnabam, quæ ut corpuſculum uel aliâs ſatis tenue atq; imbecillum extenuabat, ſic & animi uigorem alacritatemq; retundebat: deinde etiam anhelum quoddam finiendi laboris deſiderium, cogebant nos aliquid ſubſidij petere ex communicato nobis aceruo ſchedarum: in quo tamen horrebant & ſquallebant omnia: ſermo ipſe uarijs uitijs atq; obſcuritatibus, ſcriptura deformitate apicum eoq; difficultate legendi, ſchedæ confuſionibus & defectibus: ſermo ipſe teutonicus uarijs hinc inde conciſionibus & additionibus. Nos tamen dictorum capitum ſermonem & latiniorem fecimus & pleniorem, multis ex editione ipſa uulgari paſſim

 admiſtis.

admiſtis. Quanquam contulit & in hoc nobis ſchedarum ipſarum copia, quòd ex ipſis (quanquam non ſine magnis moleſtijs) totum opus teutonicum reparauerimus, & aliquot etiam locis auxerimus, quum alioqui multis ſcateret mendis & incommodis, ut ſileamus interim errata librariorum. Sed ne prolixioribus quam par eſt tuā prudentiā remoremur, optamus hunc noſtrum laborem tuo nomini (poſt Chriſtū Dominum, cui nos totos debemus) dicatū hilari fronte excipias: cui haud dubiè ſentiemus fuiſſe non ingratum, ſi ita pergas commendare codicem latinum latinis, ut hactenus commendaſti teutonicum teutonibus. Vale: ac me inutilem Chriſti ſeruum, tibiq; addictum amicum atq; clientem diuinæ bonitati, optimis tuis precibus commenda. Ex aſceterio noſtro, apud Thenas,

ANNO
M. D. LI.

ambulabunt & non deficiēt. Proinde qui ſic puſillo animo ſunt, non leui offendunt Deū commiſſo, propterea quod ipſi ſibi obſtaculo ſint ne ipſis poſſit Deus (vti ſummopere deſiderat) auxiliari. Hoc ipſum autem ita ſe habere manifeſtius ex veteri licet diſcere teſtamēto, maximè ex illo quod Deus tā indignè tulerit, quod filij Iſrael poſt varia ſibi diuinæ virtutis & amoris exhibita ſigna, tā parum fiderent diuinæ protectioni, quòd ſubinde de Domino cōquererentur, quodque ſeruis eius Moſi & Aaroni obmurmurarent: ob quæ tandem Dominus iam iracitus ita aiebat. Vſquequo detrahet mihi populus iſte? Quoſq; nō credēt mihi in omnibus ſignis quę feci coram eis? Hinc igitur iam liquet quàm Deum offendāt qui puſillo animo ſunt. Proinde quiſquis varijs ſe obnoxium commiſſis, ſuamq; agnoſcit fragilitatem, is ſcito ſibi magis neceſſarium eſſe vt contendat ad perfectiora, quā alijs propterea quod facilius illis in atrocia poſſit ruere flagitia, hinc ſuā perditurus ſalutē. Quò enim quis infirmior eſt, hoc magis opus habet medicamen. Ad hęc meminiſſe oportet quemadmodū diuina illa ſapientia permultos ſinat in enormia prolabi ſcelera, priuſquam illos ad ſuam pelliceat gratiam atque Num.14.b.

amicitiam, quo videlicet vel hoc pacto & suam bonitatem declaret manifestius, & ipsi vicissim maiori ferantur in Deum amore, dum intelligunt à quantis malis misericorditer reuocati, admissi sint ad diuinam clementiam & amorem. Ad hunc modũ Dauidem, Petrum, Augustinum, Magdalenen, Pelagiam, & alios permultos in execrandos errores aut fœda crimina collabi permisit, priusquam illos ad suam pellicere gratiam decreuisset, quos tum tandem ad insigne sanctimoniæ culmẽ euexit. Propter quod psal-
Psal.15. mographus ait: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt: nimirum quod præterita vulnera multis causæ sint maioris sanitatis, & præterea inertia plerũque quasi calcar quoddam esse soleat spiritualis processus: quẽadmodũ & Dominus
Luc.7.g. ipse Simoni illi leproso ꝓposito duorũ debitorũ enigmate, manifestat. Cui enim plus condonatur, plerunq; etiã cõsueuit ardẽtius tandẽ condonatorem redamare: sicuti haud dubiè maiori amoris & obsequij vinculo iustissima omnino ratione deuinctus est.

Quod nemo ob vitæ spiritualis difficultatem sese subtrahere debeat viæ quæ ducit ad perfectionem. Ca. 5.

IAm quod ad difficultatem attinet vitæ spiritualis, quæ multos adeo animo deiectos reddit, vt ne audeant quidem aggredi, aut

di, aut certè si iam aggressi sunt, non audeãt ad consummationem contendere, quũ animaduertunt non posse sese protinus sua vicia peruincere: & concupitum assequi feruorem. In confesso quidem est, quod quo vita sublimior, hoc maiore ad illam sit opus negocio, propterea quod variis sit incommodata salebris, præsertim in primo ipso ingressu: & eiusmodi sanè est iter ad pietatem plenum sudoribus, plenum periculis, plenũ iritamentis iuxta illud Iob, Militia est vita hominis super terrã. Hinc sapiens ita filium suũ cõmonefacit dicens: Fili accedens ad ser Eccle. 2. a.
uitutẽ Dei sta in iustitia & in timore: & præpara animã tuã ad tentationẽ: hoc est, omni momento esto prospiciens, quandoquidem sub omni (quod aiunt) lapide dormit pecca ti scorpius: nihil est quo non abuti in nostrã perniciẽ possit versutissimus ille serpẽs diabolus, (tẽtat somno, tẽtat vigilia, tẽtat cibo tẽtat ieiunio, tẽtat sermone, tẽtat silẽtio,) nisi Dei timore persistẽtes oculatissima circũspectione nobis vndiq; prospiciamus: potissima tamẽ difficultas huius viæ in ipso statim ingressu sita est, ob vsum habitumq; contrariorum, ita vt initiũ ipsum vniuersum pene pondus molestiarum comprehendat. Nam vt beatus testatur Hieronymus, gra- Hiero.

 uem

uem & asperam nobis reddit viam virtutũ, magnitudo ipsa consuetudinis peccatorũ, quæ si in diuersum commutetur, verissimũ comperietur quod habet scriptura, facilem esse viam iustitiæ. Via enim Dei (in-
Grego. quit Gregorius) augusta quidem est incipientibus, sed lata perfectis. Molestę sanè sunt res spirituales quas vetere repugnante vsu aggredimur: leue tamẽ onus. Omini est si mul atq; cæpimus paulisper gestare. Quid autẽ merito graue nobis videri debet, quũ & infinitum si premium ob quod laboramus, & infinitus sit Deus cuius amore laboramus: qui etiam tam est auxiliator benignus vt quo nobis labor molestior est, hoc nobis ipse vicinor sit, maiorique erga nos feratur affectu? An non seruorum suorum laborem mitigat, qui per scripturam loqui-
Eccle. 24. c. tur, Qui edunt me adhuc esurient? Nũ dulcis ille amator, & parens tam solicitus suorum aliquando poterit obliuisci, cuius Spiritu tam erat suauis Andreæ crux, tam dulcis Laurentio crates, tã deniq; optabile virgunculis multo tenerrimis martyriũ, vt ad cruciatus quasi ad epulas inmiratæ conuolarint? Scilicet illo erant imbuti amore, quo pene caremus vniuersi, & quo solo omnia diuina cõdiũtur & dulcescũt fercula. Quid quæso

quæso nō poteſt amor? Aut quid fortius di-
lectione, quę fortis eſt vt mors? Quid pre- Cant.8.b.
mij præſtolabimur, ſi nihil deſudauerimus?
Quid laudis, quid honoris, cuiuſmodi coro
nā erimus promeriti, ſi in amore torpemus,
aut prorſus eo caremus? qui ſanè verus eſſe
nequit, niſi ingentia faciat toto pectore de-
ſiderare, tametſi eadem non poſſit ſemper
re ipſa perficere. Nemo igitur detrectet
operam, aut ſaltem nemo non ſeipſum exti
mulet ad ardua, nemo non manū mittat (cū Pro.31.e.
forti illa apud ſapientem mulierē) ad fortia
ſemet paulatim exercitans, fragilis ſit licet,
Deo ſaltem offerens accinctam voluntatē,
qui omnis conſummationis exordiū ſimul
& præparatio eſt. O dilectiſſimi Chriſti Ie-
ſu amatores tollite obſecro veſtram crucē
ſequuturi Ieſum, ſine qua nemo anguſtā illā
cæli portam ingreditur. Ocyus quanto po-
teſtis deſiderio ad perfectiora properate: nā
quo magis properabitis, hoc erit dulcius.
quanquam interim quò magis propinqua-
bitis, hoc longius vos abeſſe cenſebitis: ſed
ardens illa acceleratio pænam ac moleſti-
am omnē & leuiorem reddet & breuiorem,
ita vt duplo futura ſit incundior via ducēs
ad perfectionem quam nunc eſt ignaua iſta
via in imperfectione. Nunc enim duobus

 inſeruientes

inſeruientes dominis in continuo conflictu laboratis, quum tunc vni adherentes indiſſolubili amore Domino, tanto eſſetis ſecuriores, quanto altero illi domino minus ſuppeteret viriũ. Preterea nihil eſt quod quẽquã exterrere debeat, quũ ſemper ſuppeditet nobis Dominus & propugnæ modo arma, & pro noſtra neceſſitate ſubſidiũ. Deniq; plures ſemper nobis adſunt ꝓpugnatores, quã oppugnatores, maxime quũ vnicus angelus prudentior ac potentior ſit ad ſuccurrendũ, quã ſexcenti hoſtes ad nocendum. tantũ à nobis imperator noſter expromptã requirit voluntatẽ, noſtraſq; qualeis qualeis quas impertitus eſt viriculas: quicquid præterea deerit ipſe libens ſuppleturus eſt, tantũ ne puſillo ſimus animo: nã eiuſmodi nõ magis apti ſunt pretio ſpirituali, quã inermes milites corporali, quippe qui facile fugã ineãt, & alios de ſtatione decedere cõpellant. Verũ nemo coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Cæterum quemadmodum hoſtes huc imprimis ſpectant vt aduerſam partem pauore reddant obnoxiam, non ignari aciem timidam, iam media pene parte ſuperatam: ita & humani generis hoſtis diabolus quum hominem in puſillanimitatem cõiecerit atque pauorem, tum longè quam an

2. Tim. 2. a.

te po-

te potentior est, magnáque iam ex parte triumphat. Ideóque primus tentationis incipientiũ assultus tum esse consueuit, quum eis succurrit quicquid vsquam circa probatam vitam obtingere potest molestiarum: & nonnunquam ea succurrunt, quæ nunquam cuiquam obtigerunt, aut certè quæ ipsi nunquam obuenient. Sic enim nonnulli secum reputant. Qui fieri posset, vt meinet illis aut illis subducam, quæ sic deperij, quibus sic assueui? Quonam pacto his aut illis par esse queam, quibus nunquam assueui? Fieri poterit vt ea res in hunc aut illum me morbum conijciat: fortasse pœnitudine ducar, quum sero erit mederi. fortasse nihilo futurus sum hoc aut illo melior, quorum prima cogitatio seu decretum pœnitudo est et cætera. Hæc sunt terrifica illa hostilium tubarum taratantara quibus hostis noster perstrepit in animis eorum qui boni quippiam auspicari moliuntur, aut sanctæ militiæ se sacramentis initiare destinant, quibus plerosque vel ante conflictum deijcit. nam rugam conuertit. Aduersus hc ergo quisque sibi animum addere, & trenuorum debet militum imitari exemplm, qui quum hostium formidant po- Simile.

midant potentiam, aiunt se malle pugnantes occumbere, quam fugientes, quando ita necesse est: nec id modo, sed & tubarum fragoribus aduersus hostium tubas cõcrepant: quæ & pusillanimus quisq; imitari contendet. Ob oculos sibi proponet quęcũque animum, vires, & solatium præstare poterunt, cuiusmodi sunt piorum hominũ exempla, & scripturæ huc peculariter spectãtes, certo persuasus multo esse satius in ipso mortem oppetere certamen, quam ob metum aut ignauiam ordinem deserere, sitaq; cum ignominia in hostium manus venire. Sed & hoc habetis indubitatum, vtcunq; se habeat homo, neminem citra labores erumnas & curas hunc posse pertransire mundũ. Quinimo qui se totos prauis dedũt concupiscentijs cupientes explere quicquid impia suadet voluptas, sepenumero multo grauiores molestias curasque experiuntur, quam Deo deuoti in itinere virtutũ. Quare in nouissimo illo die fateri cogẽtur quod sapiens multo ante predixit. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimꝰ vias difficiles, viã aũt Domini ignorauimus. Cõsimiliter et israliticus ille populꝰ multo grauioribꝰ atteritꝰ laboribus et erũnis, in Aegyptũ, quã vel in eremo vel in ter

sap.

ra repro-

ra repromissa. Quũ igit vtrobiq; certamẽ & labor sit, an ne potius homo desudabit, animę suę æternę salutis gratia, quã corporis sui fœdæ & mox transituræ voluptatis ergo? His atq; id genus alijs rationibus (de quib. infra differemus) quisque animo suo vires addet, & pusillanimitatis tentationẽ facile peruincet. vide trac. 2 ca. 11. & trac. 4. ca. 6.

De impedimento tertio, quę temeritas est. Ca. 6.

TErtio loco aliud occurrit impedimẽtum, pusillanimitate non paulo periculosius nocentiusq́e, quæ temeritas dicitur, seu nimia sui confidentia, et hæc ex diametro pugnat cũ pusillanimitate, quippe quæ nihil aut parum admodum metuat. Temerarius enim sibi persuadet satis se esse prudentem, fortem, ingeniosum & astutum ad ingrediendum semitã virtutum, multumq; confidit naturæ suæ dotibus, parum solicitus de dotibus spiritus sancti. Abundè satis se corpore potentẽ, scientia atque ingenio prestantem æstimat ad peragẽdam inculpatæ vitæ semitam: miratur etiam si quis in hac re sibi metuat: sed neq; in precib. sedulus est, diuinam sibi apprecans opẽ. Hęc autem est vera arrogantia, quod est maximum in semita virtutũ impedimẽtum: nã vt omnes arcanæ testantur literæ,

inter

inter omnia mala nullum est Deo magis inuisum atq; temeraria arrogãtia. Hoc enim primum malum est, quo Lucifer vnà cum suis è cœlo præcipitatus atq; ita gratia diuina exutus est, vt nullus omnino eis pateat ad eandem regressus. Hacde re multa loquitur in scripturis dominus, hoc mali multis nominibus detestans, nominatim per Ieremiam ita inquiẽs: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum (hoc est fortitudinem suam) & à domino recedit cor eius: rursumq; per Iesaiam: Væ filij desertores, dicit dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meũ. Spectaigit quám deo displiceãt temerarij isti, qui non omnibus in rebus diuinam efflagitant opem, consilium & prudentiam: id.n. illinc aduertere est, quòd tam formidabiliter intonet væ & maledictus, quæ non nisi ab homine vehementius ira percito proferri consueuere. Neq; vero mirum est q; hæc pestis tam sit Deo exosa, seipsum enim sibi deum constituit qui eiusmodi est: atq; adeo mirum est hoc malum posse in alicuius animo residere, maximè cum quisq; indies persentiat quàm sit ipse creatura fragilis & insipiens, quám facile deludi & corrũpi possit, quàm

Ier.17.a1

Iesa.30.a2

sit, quàm sit diuinę opis atq; consilij indig⁹, in omni etiam negotio quāuis exiguo, præsertim in peruincendis praue voluptatis cō cupiscētijs. Sed quinam fieri potest, vt hoc mali quempiam christianorum corripiat, maximè qui Beatum Paulum audierit dicētem, quod non simus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quapropter idem apostolus alio loco inquit: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens: hoc est, quisquis sibi de sua fidit industria, aut de prophana quapiam eruditione, seipsum ineruditum & desipientem æstimare debet, si sapientiam velit assequi diuinam. Sapiens quoque ait: Vidisti hominem sapiētem sibi videri, magis illo spem habebit insipiens. Propter quod Ieremias: Scio Domine, inquit, quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. Proinde videmus nonnunqnam huiusmodi temerarios homines ardua audere aggredi, arctissimis vitæ seu regulæ initiari institutis, atque in ipso statim exordio mirè videntur religiosi vltra cōmunem piorum hominū modū: tandē tñ deprehēdunt ędificasse sup arenā, nō sup petrā Chrm̄. Solent. n. magna ruina

2. Cor. 3. b.

1. Cor. 3. d.

Pro. 26. b.

Ier. 10. d.

concidere

concidere, sicuti parum prudenter sese extulere, & sine pennis tentarunt volare.

De quarto impedimento nempe eo vitio, quam vulgo inanem sui complacentiam dicunt. Ca. 7.

SVnt præterea temerarij quidam sed alterius generis, nimirum qui in vitæ quidem probitate aliquousque progressi sunt: sed persuasi interim longè se altius ingressos quàm re ipsa sint. Quorum nõnulli etiam mundo huic & carni se prorsus iam demortuos existimantes extra timorẽ agũt, eoque per vanam sui complacẽtiam quam vocant, rẽdduntur incurij. Cõmune quoddam vitium est ex philautia illa hoc est nimio sui amore manans, dum quisq; suã consuetudinem, suum opus, & quicquid præterea suum est præstantius ac melius iudicat, quàm re ipsa sit. Vulgo enim videmus, suo quemq; artificem opere impense delectari: suos item fœtus suis matribus videri formosiores. Ad hæc quæ impendio amamus eadem & pulchriora melioraq; iudicamus quã re vera sint. Vnde & hodie vulgo scitè dicunt, nullum reperiri deformem amasium: propterea quòd amanti vel non pulchra pulcherrima uideantur. Quãquam naturalis hæc mortalium philautia, in rebus prophanis ferenda fortasse non iniuria cen-

Suum cuiq; pulchrum.

Arist. li. mo. ca. 4.

sebitur,

sebitur, at in rebus spiritualibus maximopere est detestanda, vt quæ plurimũ incõmodare possit homini, eiq; diuinam gratiam aut iam donatam adimere, aut dooandam præpedire. Hoc autem morbo laborantes ita compellat in Apocalypsi Dominus. Dicis: diuersum et locupletatus, et nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. De eisdem dicit & Paulus. Si quis existimat se aliquid esse quum nihil sit, ipse se seducit. Quàm turpiter desipit quisquis ille est, qui de bonis sibi cœlitus datis cristas attollit, atq; in eis acquiescit: quum prorsus ignoret adquem sit tandem finẽ peruenturus, et an diuino munere non sit destituendus: nihil enim non incertum est in hoc sæculo. Quòd si is sciret quàm exiguum sit quicqd illud est quod habet, & quàm facile possit eius facere iacturam, haud dubie circunspectius thesauro suo & cumulando simul & seruando inuigilaret. Apo.3.c. Gal.6.a.

De quinto impedimento, nempe de vana de diuina benignitate confidentia. Ca.8.

EST & aliud in spirituali profectu impedimentum, quam vanam in Deum cõfidentiam dicere possumus, qua plerique

riq; præsertim hac tẽpestate miserè sibi imponunt, plus æquò de immensa misericordia, deq; inscrutabili benignitate Dei sibi blandientes, tanquam nõ idem et iustus sit, sicuti misericors. Cotidiana cõmissa leuia ducunt, imo ne de atrocioribus quidẽ magnopere discruciantur: inquiunt enim tantam esse Dei clementiam, vt solo suspirio primaq; statim pœnitudine remittãtur peccata. Alij item, Christus inquiunt nostri causa hominem assumpsit, nostri gratia pependit, nostra ipse facinora in sua cruce gestauit. Quin & scripturarum norunt loca adducere, quæ declarent inscrutabilem Dei misericordiam, & in quibus deprædicetur & attollatur constans in Deum fiducia: verum si pari diligentia ea perscrutarentur loca, quæ seueram Dei iustitiam commemorant, quę nos ad salutarem hortantur timorem, fortasse non pauciora offenderent loca de iustitia quam de dei misericordia.

Nam sicuti sacri scriptores ex arcanarum scripturarum collatione manifestant, deus ipse nusquam misericors est absq; aut contra iustitiam, nec rursus vsquam iustus citra misericordiam. Indicat hoc propheta Dauid dum multis in locis hæc duo coniungit: nunc inquiens, Diligit Dominus misericordiam

Psa.32.24.
Psa.100.
Eccl.16.b.

ricordiam & iudicium: nunc vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas: nunc, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Similiter & sapiens, Misericordia inquit & ira cum illo est. Multum itaque hallucinantur qui alteram modo spectant partem, neglecta altera. Proinde vterque pes domini exemplo Magdalenę tergendus & lacrymis irrigandus est ei, qui certam consequi velit admissorum condonationem: et qui recta velit pergere in via Domini, per fiduciam atq; timorem non tam misericordiam quam iustitiam contempletur necesse est. Nam quemadmodum per bonam calidi & frigidi temperaturam sanitas conseruatur corporis, ita vt quoties alterũ aut remissius est aut vehemẽtius quam natura postulat eum hominem in morbum aut in mortem incidere necesse sit, ita et per spem diuino timore aptè temperatam bonã animæ tuemur valetudinem. Nam timor si sit immodicus mœstitudinem, desperationẽ, aut pusillanimitatem pariet: rursus spes, nisi sit metu & obseruatione diuinorum mandatorum condita generabit temeritatem, vanam confidentiam, leuitatem & cætera.

Similes.

Simile.

Sunt enim impij, inquit sapiens, qui ita sunt, quasi iustorum facta habeant: sed

Eccl. 8. c.

Eccle.5.b. sed & hoc vaniſſimum iudico. Rurſus idē alias, De propitiato inquit peccato noli eſſe ſine metu: neq; adiecias peccatum: & ne dicas: miſeratio Domini magna eſt: multitudinis peccatorum meorum miſerebitur: miſericordia enim & ira cito ab illo proximant. Quapropter quotquot fuere homines ſancti quantumuis ſanctimonia, ſiue etiam miraculorum gloria, aut diuinis reuelationibus celebres, nunquam non ſibi ſoliciti metuebant de vltimo illo fine, deq; occultiſſima inſcrutabilis illius iudicij ſeueritate. Quinam igitur fit vt nos ignaui, tam dormiamus in vtramuis aurem ocioſè, qui tot modis illis ſumus inferiores: & ob quorum oculos merito ſemper illud Eccleſiaſtæ obuerſari debet: Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruātur incerta. Aliás quoq; & hoc dicit: Eſt via quæ videtur homini iuſta: nouiſſima autem eius deducunt ad mortem, hoc eſt in gehennam. Proinde quiſquis in virtutibus progredi fœliciter deſiderat, ab hac ſecuritate ſibi caueat oportet. Nemo facilius ſuperatur, quàm qui timoris & ſolicitudinis expers eſt. Atq; ob hoc frequentiſſimè admonemur tam per Chriſtū quàm per Apoſtolos ne vnquam excubias agere

Ecc.9.a.

Pro.4.b.

ceſſemus

cessemus propterea quòd hosteis habeamus semper excubantes semperq; obseruantes, vt nos fallant captiuentq; quũ nihil tale metuimus. In cuius rei figurã scriptũ est, quod in Iudicum Israeliticorum volumine de Gedeone legimus, qui hostiũ suorũ fudisse exercitum cõmemoratur, quum securos se existimarent, nihilq; aduersi sibi arbitrarentur imminere. Iud.7.8.sq

De impedimento 7. nempe acedia. Cap. 9.

SVnt præterea nonnulli, qui quidem nõ omnino expertes sunt solicitudinis & timoris, verũ feructi illo carẽt corrigendæ vitæ desiderio, & tã agunt remisse quasi prorsus timoris & solicitudinis expertes: qui sanè torpor seu ignauia non mediocre præstat viæ virtutum impedimentum. Cõparãtur autem istiusmodi homines limacę, quę non modo tardi est ingressus, verũ & vbiq; turpe relinquit sui gressus vestigium: ita & isti tam sunt in omnibus rebus ignaui ac tardi, vt nullum sit illorum opus, quod non relinquant imperfectione veluti inertiæ suę vestigio deforme. Neq; vero lucrũ isti faciunt, sed iacturam potius. Imitantur autem ignauos illos operarios, qui ne illud quidem lucrantur quod ipsorum sufficiat cotidiano victui, sed quicquid illud est pre-

Simile.

Simile.

mij laboris a manibus (quod aiunt) properat ad dentes: tantumque abest vt rem faciant, vt etiam grauibus se debitis obligēt, quibus tandem soluendo non sunt. Ita quo que & isti vix ea prestant quibus se obligatos non ignorant: hoc est tenuiter admodū ac tepidè vulgaribus illis Dei atque Ecclesiæ aut instituti sui præceptis morē gerunt, plurima interim omittentes, quæ citra negocium agere poterant bona: multis quoque criminibus sese inuoluentes quæ digna pœnitudine non diluunt: atque ita fit, vt multis se iusto creditori Deo debitis obligent, quæ tandem atrocissimis cogentur cruciatibus dependere. Hac de re sapiens,

Pro.18.b. Qui mollis inquit & dissolutus est in opere suo, fratre est opera sua dissipātis: hoc est nihil illo melior est. Id aut habēt istius generis homines, quod corporis sui plus æquo sint amantiores, nimirum abhorrentes ab ijs quæ carni sunt molesta, bono alioqui animo, nulliq; incommodantes, nisi quod sibiipsis nihil possunt aut nolunt verius inferre aut molestiæ, aut violentiæ. Christum quidem sequi parati sunt, at crucem suam gestare refugiunt. Quicquid de virtutibus edisseritur, mire illis placet, & facile factu iudicant, modo tale non sit, quod corporis com-

poris commoditatibus repugnet. Callidum sanè impedimentum. Hoc enim mali, ita nonnullis sese insinuat tacitè, vt ne sentiatur quidem, prima certè fronte. Scilicet, sunt nonnulli qui magno quidem spiritus feruore correctioris vitæ arripiunt normã, sed post aliquantulum, nunc hoc, nunc vero illud negligẽtes, ita paulatim flaccescũt deficiuntq; vt tãdem cõperiant & diuino amore & omnibus virtutibus sese destitutos.
Quemadmodum enim vermes ita paulatim demoliuntur rem quamlibet, vt non facile deprehendatur, nisi vbi iam prorsus demolita est, ita hi paulatim adeo reddũtur tepidi, ac torpidi vt nullo tandẽ tangantur in rebus diuinis bono affectu aut voluptate. Simile.
Itaq; quoniã hic magno laborãt tædio, aliàs venantur quibus oblectent animum: nimirum aut nouis vanitatum quarumlibet rumoribus aureis accõmodant, aut rebus futilibus frabricandis acquirendisue capiuntur: ac demum à Deo prorsus redduntur alieni, vt speciem etiam externam religionis exuant. Siquidem in colloquio fiunt leues parumque prospicientes, in risu immodici, in laboribus inconstantes, in multis nouarum rerum auidi, nouorum

librorum, nouarumq; artium studiosi, in nouis rumusculis auscultandis recensendisque seduli: atq; hæc ipsis misera quædam voluptas est, posteaquam thesaurum amisere veræ religionis. Istiusmodi etiam rebus tantũ sunt implicati, vt nec tempus nec locus supperat reuocandæ ad meliorem frugem vitæ, recuperandisq; ijs quæ amisere. Dum autem huiusmodi ineptijs & tẽporis simul & animæ iacturam faciunt, leue malum æstimant, leueq; peccatum se commisisse arbitrantur: verum non animaduertunt quantũ sibi dispendium per leuiculum illud malum fecerint. Sunt quidem nonnulla quæ natura sui non perinde magna mala sunt, sed tamen ingentium bonorum sunt impedimenta. Veluti si institor quispiam nundinarum tempore obambulet lusitetúe, aut agricola sementis tempore, malum quidem non est quod agitant, at bonum est cuius dispendium faciunt. Et tamen fient nonnulli huius generis, nimirum supini prorsus & ignaui in via virtutum qui tamen nihilo sibi minus placeant, vtpote freti aridis quibusdam exercitamentis, quibus diuturno iam vsu, nonnunquam etiam metu hominum sese occupant. Certa seruatur illis audiendi aut reddẽdi sacri consuetudo statæ

Simile.

tudo, statæ in singulos dies absoluuntur preces: atq; his sese arbitratur & bène tutos & conditori suo feciſſe satis: sed interim in animi seceſſus nõ descendunt, excussuri quã ardeant Dei & proximi amore, quàm sint placidi, quam humiles, quam benigni, quã patientes vbi res id postulat. De his loquitur in Apocalypsi dominus. Scio opera tua, quod neq; frigidus es neq; calidus. Vtinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Hoc est, nec metus vehemens in te est, nec flagrans amor, sed tepore quodam torpescis: eóque non conuenit tibi cum gratia diuina. Et verè parum conuenit huiusmodi hominibus cum progressu virtutum, propterea quod nec imperare sibi possint ad apprehẽdendam correctioris vitæ semitam, nec digna possint contritione sua commissa complorare. Apo. 3. c.

Quopacto quisque tempus & locum venari debet euoluendis rebus diuinis. Cap. 10.

POsteaquam de impedimentis disseruimus spiritualis profectus, nunc etiã de ijs nonnihil loquamur quæ media & adminicula esse debeant hoc itinere ingressuris. Primum igitur adminiculum primo Primum ad miniculũ.

impedimento cõtrarium, est ingenij exercitatio in rebus spiritualibus. Quisquis enim ad virtutem properare desiderat, huc animum intendat oportet, vt singulis diebus certum aliquod temporis spacium dedicet eis rebus sedulò euoluendis quę ad fidē spectant, potissimum autem expendendis Dei beneficijs, quæ vel iam contulit, vel conferenda spopondit & præparauit. Peculiariter autem hominis extrema frequenter meminisse eum oportet: nempe mortis incerti temporis certitudinem, iudicij seueritatem duo extrema, tantũ electorum alterum, alterum tantum reproborum, gehennam scilicet & regnũ cœleste; finem quoq; ob quē nos Deus in hoc mundo tot modis exornato collocauit: ad hæc quam nobilibus ac stupendis animi viribus prę cæteris omnibus animantibus nos condecorarit, quibus ipsum intelligeremus, amaremus, coleremus; deniq; quam benignus, clemens, amicus & beneficus sit ijs qui cum ipso vniti sunt: haud dubiè nullus vnquam tam amicus amico. Hæc si frequenti cogitatione meditaremur, indubiè mirum in modum ad virtutem amplexandam nos accenderent. Est autem hoc primum ac prę cipuum salutis nostrę adminiculum. Hoc ipsum Ieroso-

lymitanis

lymitanis ciuibus Dominus desiderabat, quũ videns illorũ ciuitatẽ cum lachrymis lamentaretur ita inquiens, quia si cognouisses & tu. Quid nobis prodest quod symboli apostolici verba resonare valeamus, quodque intelligendi habeamus oculos, si hos nõ referamus contemplandis ijs quæ nos rapere possint ad virtutem. Vtiq; de nobis dicetur quod scriptũ est, Oculos habent & non videbunt: aures habẽt & non audient. Qua propter mysticus nos Psaltes erudiẽs, Veni te inquit audite, & narrabo omnes qui timetis Deũ, quãta fecit animæ meæ. Huic aũt rei in prestãdę primis monachatus inuẽtus, dicatus, & institutus est, in quo liceat vacuo omnibus huius mundi curis animo plenè ac syncerè diuinis rebus euoluendis vacare. Lu. 19. g. Psa. 65.

De secundo adminiculo, nempe fiducia in Deum.

CAPVT. II.

SEcundum adminiculum est constans de diuino adiutorio fiducia: qua hominis animus non secus atque in mari nauigium anchora firmatur, ita vt nulla in eum prævalere possit aut imbrium aut ventorum tempestas. Vnde Iob, Etiam si occiderit me inquit, in ipso sperabo. Est autem hæc spes atque fiducia cum primis necessaria, propterea quod hæc præsens vita nõ sit 2. admi. Iob. 13. c.

aliud, quam certamen quoddã: in qua quo quisque fuerit virtutis studiosior, hoc grauiores hostiũ experiatur assultus. Itaq; summè necessarium est, vt se totum diuino concredat homo adiutorio, nihil interim reminiscens quid possit ipse quidue non possit, sed solius memor diuinæ omnipotentiæ quę nihil nõ potest, dicens cũ Dauide, Si cõsistãt aduersum me castra nõ timebit cor meum. Si exurgat aduersum me præliũ, in hoc ego sperabo. Quod si vero quis in primo ipso alicuius boni limine grauiter solicitetur, ex hoc maximè in spẽ atq; fiduciã erigi debet: hoc enim ipso quod inimicus q̃ astutus est opus conatur prępedire, felix omen datur idipsum fore magni meriti. Ediuerso autem, non solicitari ab inimico mali omnis res est, nam teste Gregorio, nõ infecta tur eos atrocius diabolus, quos vel in sua habet potestate, vel facile se credit habiturũ. Optimam quoq; in spem quisq; vocabitur si meminerit sui tentationem, Domini esse certamen, cui leue ac perfacile est quod homini impossibile est. Ad hanc autem fiduciam spem & fidem cohortabatur Dominus eos qui quippiam ab ipso erant petituri. Si enim aiebat potes credere, omnia possibilia sunt credẽti. Rursus alias discipulis:

Psa. 26.

Grego.

Mar. 9. d.
Mat. 17. c.

Amen

Amen inquit dico vobis : si habueritis fidē sicut granum sinapis, nihil impossibile erit vobis Ex quibus verbis palam liquet pusillanimitatem ex fidei nasci carentia. Corroborabitur quoq; non mediocriter fiducia, ac spes nostra, si ad memoriam reuocemus, quàm ardua atq; humanas vires exuperantia multi sancti diuina sint virtute operati, aut etiam perpessi. Quis enim Dauidem inermem peruincere fecit immanem illū gigantem Goliath? Quis Sampsoni & animum & vires addidit, quibus leonem dilacerans quasi hœdum in frusta decerperet? Quis eidē vires suppeditauit millenos viros occidendi mandibula asini? Quis sanctis martyribus vtriusq; sexus, senibus & adolescentibus tantum animi ac virium impertijt, vt constanter perferrent quæcunq; illis inferri poterant tormenta? Haud dubium, quin Deus ipse, in quem omnis eorū erat fiducia. Hęc igitur nobis exempla cordi sint: maximè autem diuinam nobis scripturam proponamus, quæ multis nobis locis ingerit, quam Deus sit auidus nostræ salutis, quamq; desideret ad eum nos peruenire finem, ad quem sumus iam olim destinati, nempe vt hic & in futuro vna cum ipso simus amoris vinculo conglutinati. Ec-

1. Re. 17. f.

Iud. 14. b.

Iud. 15. c.

ce sto

Apo.3.d. ce,sto, inquit Dominus ante ostiũ & pulso, siquis audierit vocem meam, intrabo ad illum & cænabo cum illo & ipse mecũ. Rursum alias ad animam, Surge inquit, propera amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Item per prophetam. Conuertimini filij reuertẽtes, dicit dominus, quia ego vir vester. Vide igit quo pacto omnes à Domino aduocemur, nunc quidem perscripturã, nunc vero per diuini verbi præcones, & nõnunquam etiam per diuinam inspiratione. Et quid tandem in supremo illo die excusabimus, si tam dulcem vocantis Domini vocem fuerimus auersati, si tam amicum Dominũ non suerimus ad nos introire? Haud dubiè nihil erit quod poterimus prætexere.

Cant.2.d.

Iere.3.c.

Proinde conqueritur per prophetam Dominus ita dicens. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel: Innumeris item alijs in locis ardentissimis vtitur sermonibus, nonnunquam etiam ingesta nobis immẽsi sui erga nos omneis amoris memoria, quo videlicet incerta erga se constabiliat fiducia. In charitate inquit perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. Item in psalmo. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac

Iere.3.f.

Ier.31.a.

Psal.31.

qua

qua gradieris, fimabo ſuper te oculos meos Et quis deſperet horũ & id genus aliorũ memor verborũ quibus nos Deus ipſe ſic dignatur cõſolari? Nemo igitur quãuis impotẽs, peccator, aut improbus diffidat: vel peccata præſtare poſſunt adiumẽta virtutũ, q̃ efficacẽ peccatori præbeãt deiciẽdi ſeſe occaſionẽ. Quod ſi vero tædiũ te capit corrigendæ in melius vitæ, q̃ labor ſit moleſtus, q̃ ægrè inueteratã in malis conſuetudinem deſeras, tuaq̃ vitia peruincas, quod parum quantũ cernere potes promoueas, q̃ Spiritus diuinus nihil in te ſeu tecum peragat: ne abiice tamen animũ protinus ob hæc, quin potius hãc eſſe intellige diuinæ ſapiẽtiæ cõſuetudinẽ, vt ſubinde ſuã gratiã ſubtrahat, hoc pacto et noſtrã potentiã exercitãs, et periclitans amorẽ. Siquidẽ, mulier illa Chananæa nõ protinus q̃ flagitabat aſſequuta eſt, ſed prius lõgo clamore Dominũ ſolicitauit inſequuta eſt, ꝓbra tulit, nẽpe canibus cõparata: verũ q̃ diutius expectarat & cõſtãtius, hoc ãplius tãdẽ ẽ cõſequuta. Quin et ꝙquiſſimũ ſanè eſt vt diuti⁹ ea nobis gratia ꝓgeſt ãbita, q̃ gratuito oblatã toties ſum⁹ auerſati, internis illis diuini Spiritus adflatib. vilipẽſis. Siqdẽ quũ lõgius nobis Deus putat abeſſe tũ vel maximè nõnũq̃ in forib. adeſt Mat. 15. b.

Nam

Nam tametsi non persentiamus eius præsentiam euidenti aliquo interni solatij aut pietatis indicio, astat tamen (vti sponsa ait
Can. 2. c. in Canticis) post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cãcellos. Hoc est, adest quidem nobis, nosq; contemplatur: at ipse se a nobis non nisi tenuiter sinit aspectari, quò videlicet & nostrum desiderium augeat, & amorem per patientiam periclitet. Neq; vero caret ratione, quòd Dominus nonnullos non nisi post longam prorogationem, post varios labores, post lapsus & resipiscentiam, serius tandem ad vitæ perfectionem admittat: nam sunt plerique vsqueadeo propensi ad arrogantiam, vanam gloriam, philautiam, vt per huiusmodi dilationem ducendi sint ad agnitionem suæ imbecillitatis. Differtur qnoque quibusdam diuina interdum gratia, ne quẽ peccatorem dijudicent aut auersentur, sed condolentes miserentur omneis: deinde vt Deo maiores referant gratias, & tanto maiori cura donatam gratiam tueantur, quanto maiori labore eam sunt assequuti: item vt per multiplicem probationem tales reddantur, qui & alios possint (qui tentationibus aut peccatis implicati sunt) cõsolari atque erudire, militib. non dissimiles effecti,
Simile. qui

qui compluribus interfuere prælijs, in quibus varij vltro citroq; cõflictus habiti sunt. Præterea etiamsi quis non valeat ad absolutam vitę probitatem peruenire, sed firmior permaneat ad finem vsq; vitæ, ob id tamen non debet non eò pro viribus conniti: nam Deus vel affectum bonũ intuetur, & conatum non relinquit irremuneratum, qui etiam nonnunquam magis agnoscit remuneratq; propensam voluntatem atq; ipsum opus: insuper tanto illum maiori laude olim dignum censebit, quãto maiori studio perfectionis dotem ambiuit, etiãsi nunquam sit assequutus: nam non iuxta fructus qui ex labore est rationem remunerat deus, sed teste apostolo iuxta sui rationem laboris vnusquisq; mercedem accipiet. Laborãt enim nonnulli magnis quidem sudoribus, at (quoniam ita deo visum est) exiguo interdum fructu. Cor. 3. b.

Quopacto is qui promouet vni inniti debeat Deo, se vti imbecillo at impotente contempto. Cap. 12

QVemadmodum graue est spiritualis profectus impedimentum propris fidere viribus, aut rei cuipiam extra Deum, ita efficax est adiumentum hominẽ totum præsidijs fidere diuinis. Quisquis ergo fœliciter pergere cupit itinere virtutũ, ita

ita sibi displiceat suiq; obliuiscatur, vt nusquam sibi fidat, nec ob fortitudinẽ, nec ob eruditionem, nec ob laudatã consuetudinẽ, nec ob naturè dotes, deniq; nec ob aliquod creatæ rei subsidiũ: quin potius ita se virtutibus æstimet inhabilem, vt neminem magis, nisi diuinę gratiæ adsit adiutorium. Nã quisquis pollet eruditione, ingenio, viribus, forma, memoria, destitutus interim gratia diuina, in longè atrociora vitia ruit, faciliusque à via virtutum aberrat, quam is qui eiusmodi dotibus preditus nõ est. Naturæ enim dona, vt testatur Bernardus, instrumẽta sunt non tam ad bona quam ad mala perpetranda. Et quemadmodum ager bonus ac pinguis nisi exaretur & excolatur feracior est foliorum quam terra arida, ita insignium rerum peritia citra humilitatẽ, progerminat animi tumorem, hereseis & id genus alia. Quapropter nemo non cum Dauide humiliter confiteri debet, Non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, nam vt alibi inquit, Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suę non saluabitur. Nemo igitur nisi diuinis fidat præsidijs, ad quæ dum nos totos con-

Bernar.

Psa. 43. Ibidẽ supra

Psal. 32.

tos con-

tos conuertimus mox à diuina bonitate excipimur, iuuamur, consolamur, pascimur, erudimur, ad viuos fontes deducimur, & torrente diuinæ voluptatis potamur, idque iusta quod cuique Dominus noster cernit expedire. Aduersus omneis hosteis ipse nobis & propugnaculum & scutum est, iuxta illud, Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Proinde quo quisque minus sibi aut cuipiam fidit creaturæ, quòque magis à diuino pendet adiutorio, omni solicitudine in eum proiecta, qui prudentissimè moderatur omnia, eo firmius consistit, & fœlicius pergit, veluti arbor quædam altius in terram fixis radicibus, quam neque imber pusillanimitatis, neque ventus superbiæ possit deijcere. Tam diu autem quisque sperare & potest & debet, quam diu non accepit sententiam deinceps non sperandi. Quũ aũt quis progressum facit in virtutibus, id diuinæ gratiæ diuinoque adiutorio cui fidebat acceptum ferat oportet. Ad hãc spem nos apostolus cohortatur, vbi sic orat. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo vt abundetis in spe, virtute Spiritus Sancti.

Psa. 90.

Simile.

Rom. 15. c.

Idem

Idem quoq; & alijs compluribus locis admonet, fidendum diuinæ bonitati atq; fidelitati, id quod quisq; sæpius cordi habere merito deberet, animo voluens nõ suas vires aut imbecillitatem, sed diuinam potentiam atq; bonitatem, quòdq; Deus solus nihil non possit, sine quo nulla nec potentia, nec sapientia potest prodesse. Neq; vero satis est istuc scire & credere modo, quinimo & reminiscí sæpenumero ex animo oportet, donec hoc ipso instigatus didicerit, seipsum prorsus deijcere, omneis vires suas atque ingenium nihili ducere, seipsum humiliter ad Deum conuertere, eidemq; suam necessitatem, imbecillitatem, & cœcitatem pãdere, præsertim dum se sentit a primo suo decreto refriguisse, aut in re quapiam comperit se sibi planè defuisse.

Spiritualis exercitatio, ad pandendã Deo propriã indigentiã, & quo pacto quisque confidens etiam pro viribus adniti debeat. Cap. 13.

MVltifariam autem circa hanc rem in cotidianis cordis tui coram Deo effusionibus teipsum poteris exercitare. Scilicet, nunc veluti cœcus illuminari diuino intus spiritu exoptans, cum cœco illo inclamabis. Iesu fili Dauid miserere mei: fac Domine vt videam: & cũ psalmographo.

Lu. 18. g.

Illumina

Illumina oculos meos,ne vnquam obdormi Psal.12.
am in morte, nequando dicat inimicus me
us,prævalui aduersus eum: itẽ cum eodem.
Reuela oculos meos,& considerabo mira- Psa.118.
bilia de lege tua:nunc veluti grauibus op- ad. pri.
pressus debitis tam commissorum criminũ,
quam omissarum virtutum, (quibus quasi
graui quodam onere homo comprimitur,
& quasi funibus quibusdam constringitur
ne possit in via virtutum ambulare) huius-
modi Deum precibus compellabis. Dissol- Iesa.58.b.
ue Domine colligationes impietatis, solue
fasciculos deprimentes:remitte infelici tuo
debitori, qui prorsus soluendo non est: &
vt psaltes inquit mysticus, Iniquitates meæ Psa.37.
supergressæ sunt caput meum,& sicut onus
graue grauatæ sunt super me:nunc vero ve
luti inops & mendicus, cibario etiam pane
carens,quem neq; emere, neq; lucrari potis
est,præsertim dum nullum in te cõperis pie-
tatis aut diuini amoris affectum,ita cũ Da-
uide orabis. Inclina Domine aurem tuam, Psa.85.
& exaudi me quoniam inops & pauper Psa.87.
sum ego:&,pauper sum ego & in laboribus
à iuuentute mea:Ipse me mendicum agnos-
co ô Domine apud te, tu mei habeto curã,
tu succurre, tu me in meis subleuà necessita
tibus. Præterea etiã ad tuã ipsius imbecilli-

tatem tuos nonnunquã oculos conuertes, re miniſcens, quã tibi parũ imperes, quã parũ prauos illos animi tui affectus cohibeas atq; perimas, aut certè quã grauatim, egregium aliquod opus perficias, ac deinde ægrotantis in morem ſupremi illius medici implora bis opem, ita cũ Dauide inquiens. Miſerere mei domine, quoniã infirmus ſum, ſana me domine, quoniã cõturbata ſunt oſſa mea. Imperfectũ meum viderunt oculi tui: à planta enim pedis, vſq; ad verticẽ non eſt ſanitas in me. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata eſt in paupertate virtus mea. Ne me obſecro derelinquas Domine, ſed glorifica manũ tuã, & brachium dextrũ in me. Suſcipiat me dextera tua, vt gratulabundus decantem fortitudinẽ tuã, & exultẽ mane miſericordiã tuam. Hoc ergo pacto ſuã homo in Deũ collocet fiduciã, opẽ atq; conſiliũ, eum omnibus ſemper in rebus quęritans. Nec tamẽ interim humanũ aſpernetur conſiliũ, aut adiutoriũ, quod vel alij vel ipſe ſibi poteſt præſtare: ſed cõtinuè exerciteſeſe in omni virtutũ genere, iuxta ſuę quiſq; conditionis ſtatúſue exigentiam: alioqui vana prorſus & inanis erit fiducia. Imo Deum ipſum tentat, & gratiæ diuinę obicẽ opponit, q̃ citra laborẽ ſuũ Deo fidit. Hæc enim

Pſal. 87
Pſal. 137.
Iſa. 1. a.
Pſa. 30.
Eccle. 36. a.
Pſa. 58.

enim duo fiducia & opus bonũ, aut certè cõtinua benè operandi ſedulitas, mutuo ſibi copulari debẽt, ſicuti arcanæ paſſim nobis literæ manifeſtãt. Spera enim inquit Dauid in domino, & fac bonitatem, & paſceris in diuitijs eius. Rurſus idem alias. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ, & ſperate in domino. Nã ſi ea facere negligimus, quæ Deus nobis facienda mandauit, æquiſſima omnino ratione qui pollicitus eſt, nobis poterit denegare & q Deo infidelis eſt, non eſt vnde ſibi quicquam ab eo poſſit polliceri. Pſa. 34. Pſa. 4.

De humilitate, & paupertate ſpiritus. Ca. 14.

3. adminiculum.

EST etiã aliud peculiare quoddã ſpiritualis profectus adminiculum cuilibet progredi cupienti neceſſariũ nedũ vtile, quæ eſt ſpiritualis quidã paupertas, & ex hac pficiſcens diuina quædã, vt ita dicã, auaritia, nẽpe ſpiritualis illa fames & ſitis, quã Dominus ipſe nobis cõmendat dicens. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabũtur: hoc eſt beati illi, qui ingẽti ſemper tenentur deſiderio, vt ſeipſis indies euadant meliores iuſtioreſque, nec vnquã ſibi perſuadẽt abũdè ſe eſſe iuſtos aut probos ſed illud ſedulè cogitãt, q Chriſtus ſuis dicebat apoſtolis. Quũ feceritis oĩa q̃ præcepta ſũt vobis, dicite, ſerui inutiles ſum⁹: q debui mus fa- Mat. 5. 8. Luc. 17. 6.

mus facere fecimus. Quibus sanè verbis apertè intelligimus, quam nunquam magnificè de nobis sentire debeamus, etiamsi singulis satisfecerimus diuinis mandatis, aut nullis etiam fuerimus obnoxij peccatis: nam hoc ipsum vel ob solam nostri creationem Deo debemus. Ipse enim nulla nobis in re obligatus est, contra autē nos illi quicquid ad ipsius gloriam valemus præstare obligamur. Procul igitur absit, vt ipsi nobis ob nostras virtutes aut benefacta placeamus, quasi per ea Deo ad promerendum ipsius regnum satisfaciamus, nam cœleste illud premium omne prorsus meritum transcendit, tametsi illud gratuita sua liberalitate, hac nobis lege donauerit promerendum, si ipsi pro nostra virili parte obsequamur. Nā quod cœleste regnum promereri possit per temporalia benefacta quæ admodum modica sunt gratuitum planè & purū Dei donum est. Nemo ergo suæ vitæ fidat aut blādiatur, quantumuis etiam sit aut videatur sanctimonia conspicuus, quin potius illud apostoli secum reputet & fateatur, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: Qui autē iudicat me dominus est: & illud Esaiæ, Quasi pannus mēstruatę vniuersæ iustitiæ nostræ. Præterea quicquid

1.Cor.4.a.

Iesa.64.b.

boni

boni operamur, quoniam virtute id operamur diuina, merito non nobis illud, sed illi acceptũ ferre debemus, dicentes cum propheta: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hoc ergo pacto ipsi nos semper humiliemus, & salutari timore cohibeamus: quisquis enim humilis est, ve re Christi discipulus est. Discite inquit à me quia mitis sum, & humilis corde. Fœlix proinde quisquis hanc virtutem nactus est, nã is maximè ad maiorẽ virtutum profectũ accõmodus est, nimirum spirituali illa fame cũ eis imbutus de quibus in suo cantico beatissima redemptoris nostri genitrix decãtat: Esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inaneis. Atque eatenus sané se quisq; aut profeciſſe aut comperiet defeciſſe, quatenus se cernit humilem in cunctis operibus quæ ipse, aut potius Dei gratia per ipsum operatur: & quatenus se animo infractũ animaduertit in cunctis, quæ vel à Deo ipso vel ab hominibus immittuntur, aduersis. Etenim quò quisq; Deo qui lux est sempiterna magis propinquat, eò clarius suam vilitatem, atq; imperfectionem perspicit & agnoscit. Qui animi humilitate prẽditus est, alto in loco iacit fundamentum: & qui animo incõcusso est, solidã collocat spiritualis ædificij

Psal. 113.

Mat. 11. d.

basim. Quisquis ergo seipso cupit esse melior, sibi displiciat de eo q̃ est. Et q̃ vberiori à Deo gratia cupit cumulari: pauperum mendicorũ imitetur exẽplũ, q̃ deteriore accepta tunica, mẽbris etiãnũ si quę habent deformata, ꝓditis, suã semper ostẽtant miseriã atq̃ inopiã: occultant aũt si quid forte mendicatu adepti sunt prẽciosarũ vestiũ ciborũ aut pecuniarũ. Ad hunc modũ & nos oculis diuinis pãdamus nostrã calamitatẽ atq̃ pauperiẽ, vili æstimantes si quid forte nobis boni suppetit: & vt inopes semper & indigi ita cũ propheta dicentes. Ego vir vidẽs paupertatẽ meã: & cũ Dauide, Ludã & vilior fiã plus quã factus sum, & ero humilis in oculis meis. O vtinã hunc possemus humilitatis agrũ perfodere, haud dubiũ, quin insignẽ retrusarũ gratiarũ inueniremus thesaurũ. Nã vt passim arcanæ testantur literæ. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Qui enim in altis habitat (vt dicit propheta) humilia respicit in cælo & in terra. Rex quoq̃ Saul ita legit à domino increpatus. Nonne quum paruulus essẽs in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es? Tanquam si inquiat. Quũ te ipse vilem & abiectum iudicares, tum ego te sublimaui: nunc porro quũ te sublimẽ æstimas, vilis corã me effectus es.

Simile.

Iere. 3. a.

2. Reg. 6. d.

Iac. 4. b.

Psal. 12.

1. Re. 15. d.

ctus es. Animaduerte igitur quã sit Deo grata hæc animi humilitas. Et tametsi tanta sit huius dignitas, rarissimos tamen offendas qui ad eius abyssum possint aut velint penetrare, quũ tamen quisq; tantas habeat sese deijciendi occasiones. Nam si calamitosum hoc nostrũ corpusculũ contẽplemur, innumera pene nobis exhibebit humilitatis incitamenta. Quapropter benedictus ille patriarcha Abraham magnam cum humilitate ita Dominum appellabat: Loquar ad Dominũ meũ, quũ sim pulus & cinis. Quin & ipsa anima nostra infelicis huius & corrupti corporis mole circundata, tot est corruptelis & prauis affectibus vitiata, & obnoxia, vt vix boni quippiam operemur citra magnum negocium, & id plerunq; admodum imperfectè, ob quasdam transuersim incidentes corruptelas. Gen. 18. d.

Quo pacto quisque in continuo timore perseuerare debeat.

CAPVT 15.

AD dictam autẽ virtutem parandam, pro fœlici bonæ vitæ progressu, continuus ille timor filialis non mediocre præstabit adiumentum. Cum metu inquit apostolus, & tremore vestram 4. admi. Phil. 2. b.

 salutem

salutem operamini. Nam quantūuis sit quis sanctimonia prędītus, ob id tamē neutiquā debet efferri, sed potius per timorem humiliari, illud secum reputans quod dominus nonnullos ruere permiserit etiam se multo sanctiores. Quinimo & summatem illū cœlestium angelorū Luciferum, cū infelici grege suo, in barathri abyssum dedit prȩcipitē, quomodo nimiū sibi placebat, & ob naturę quā acceperat nobilitatē efferebatur. Similiter & infelix ille Iudas de numero corruit xij. apostolorum. Atq; hinc est quod nos adhortetur apostolus, ita dicens: Noli altū sapere, sed time. Et si prȩoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerās teipsum ne & tu tenteris. Vnde & theologus quidā nomine Climacus. Ne inquit tibi persuadeas, ad statū te perueniſſe consummatæ sanctitudinis, priusquā supremā illam summi iudicis acceperis sententiā: nec tibi abūde probus videare, donec te ab hœdis videris sęparatum, & inter Dei oueis collocatū in supremo iudicio. Quid enim procliuius faciliusq; quam in aliquod ruere peccatū? Et cuiusnā rei incertior est homo quā futurę gratiæ & glorię Dei? Nā tametsi quis ꝑpemodū exploratū habere possit qs

Ro. 11. c.
Gal. 6. a

Climacus.

modo

modo sit : at quis tandem futurus sit nullus omnino, nisi forte diuina oracula potest prę nosse. Quapropter sapiens nouvno in loco hunc timorem multis nobis encomijs commendat. Quàm magnus inquit qui inuenit sapientiam & scientiam: sed non est super timentem dominum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Rursus alias. Da locum timori altissimi, quia omnis sapientia timor Dei. Item, Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Hic autem timor nõ aliud est quã humilis quædam sedulitas, seu sedula humilitas, quę hominem nunquam sinit interquiescere, aut virtute aliqua seu vita contentũ esse, sed iugiter extimulat vt indies & seipso melior & Deo reddatur acceptior. Quẽ admodum enim præmium cui comparando desudamus nullo fine terminatur: & quẽ admodum diuina ipsa veritas & maiestas quã incessabili veneratione adoramus, nullo potest tempore deficere: ita qui Deũ metuunt, nunquam cessant deo reddi obsequẽtiores, & in diuino amore cõsummatiores. Vnde sapiens, Non impediaris inquit orare semper, & ne veteris vsq; ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in ęternum. Vtinam istiusmodi sedulo meditaremur: pu-

Eccl.25.bd

Eccl.1.e.

Eccl.19.cd

Ibid.27.a.

Eccl.18.c.

mur: puta quantus & quam infinite bonus sit is cui inseruimus: quam ingens premium sit ob quod famulamur, quam simus impares & indigni tanti Domini seruitio: quam facile possimus ab ipsius diuelli obsequio, quam seuera sit Dei iustitia, maximè quum vix iustum saluari testetur beatus Petrus apostolus, denicq; quam inscrutabilia sint abyssus ipsius iudicia, dicente Dauide. Terribilis in consilijs super filios hominum, haud dubium, quin humilia semper de nobis sentiremus, nec vnquam nobis videremur con dignum Deo prestare obsequium. Nam vt donemus nõnullos exiguis meritis cœlestia regna adeptos, vt sunt qui tota vita impro bè transacta, ingruente iam morte resipiscẽtes pœnitentiam egere, & si qui sunt alij, rara tamen hæc gratia est. Quæ enim coacta est, raro est syncera pœnitẽtia, & quæ sera, raro vera, ꝓpterea quod raro à syncero ꝓficiscatur amore. Nemo igitur sibi imponat. Magis intuetur Deus corda quam opera: & ab alijs plus, ab alijs exiget minus, iuxta donorum, quæ alijs vberius, alijs parcius elargitus est rationem. Vbi enim abundantiorem fecerit sementem, ibi & abundantiorem requiret messem, & cui plus donauerit, plus etiã ab illo postulabit. Prꝛterea quo

Psal. 65.

quis

quis vitæ sanctimonia præstantior est, eo si bi magis debet metuere, sciens quod antiquus hostis sanctimonia maiores, maiorib. etiã aggrediatur viribus, & maiori in illos abutatur calliditate. Et Dominus ipse iuxta rationem armorum certamina dare consue uit tentationum. Ad hæc, via vitæ angusta quædã semita est, in qua procliuis & facilis sit vacillatio, vt magna sit opus circunspectione. Deniq; tempus vitæ breue est, mortis incertum. Quare summa sibi quisque cura prospiciat, & præsenti iam die tanquam suprema (vt esse potest) vtatur. Vnde Bernardus. In veritate inquit didici, nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. Itaq; si gratia Dei destitutus es, equũ est vt paueas, quoniam non minori pates discrimini, quam is qui nudus inter armatos in se hostes constitutus est. Quod si igiẽ absente gratia solicitus es vt ea potiaris, etiam potius cum timore aduigila vt eadẽ rectè vtaris, time ne male pereat, aut ne nõ digne opereris ex ea. Tertio si te gratia rursus priuatũ depẽdis, eoq; solito tepidiorẽ, & ad virtutem segniorem, atq; adeo ad vitia proniorem, metue etiam tunc, & puta aliquid

Ber. in Cant. ser. 54.

Ber. ibidem.

aliquid subesse noxæ, quæ oculis diuinæ di spliceat maiestatis, causamq; diligẽtius perscrutare, ob quam tibi Deus infensus sit: ac deinde deprehensæ noxæ sedulo aduersãs, eandem portam repete per quam es egressus. Iam si gratia propitiata redierit, multo amplius tunc timendum, ne forte cõtingat recidiuum pati, iuxta illud in euangelio, Ecce sanus factus es, vade & amplius noli peccare, ne aliquid deterius tibi contingat.

Ber. ibid.

Ioh. 5.

Quòd opera nostra ardenti debeant fieri amore.

CAPVT XVI.

SVmmè etiam necessarium ad profectũ virtutum, ne quid oscitanter aut tepidè facias: sed siue a malo temet retrahas, siue bonum quippiam aggrediaris, ardenti id facias animo: nam ita reddetur opus tuũ gratius Deo, & multæ bonarum affectionum scintillæ in ingentem tandem excrescent ignem, qui cæteros õnes affectus prauos deuoret & consumat, iuxta illud sapientis cuiusdam: Ollæ feruenti muscæ non incidẽt. Qui autẽ tepidus & remissus est, veluti rota est molendini, quæ tametsi continuo vertatur, a loco tamen suo non digreditur: ita & is quoniam vsu magis quam amore bene facit, nullum facit in virtutibus progressũ. At qui ardenti affectu fertur in dei obsequium, indies

Bona in spec. dis. c. 2.

um, indies magis ac magis diuino illustratur intellectu, ita vt indies magis suam intelligat vilitatem, prauorum affectuum turpitudinem, probæ vitæ nobilitatem: deinde etiam Dei celsitudinem, sapientiam & bonitatem, quarum rerum notitia ad maiorē semper accendetur amorem & obsequiū. Quēadmodum enim frequēti flatu ignescit carbo, ita & proficientis animus continuo debet inflammari impulsu. Quicquid acturus es siue opus sit corporale siue spirituale, siue externum siue internum, lubens id peragas, citra cunctationem, murmur, responsationem, non eum respiciens cuius imperio aut rogatu id facis, cuiusúe in hoc cōmodo seruis, sed Deum ipsum tibi proponens, in cuius obsequium & gloriam fit, quicquid vsquam boni fit: effectus etiam charitatis, vt in ipsa possis succrescere frequenter cum suspirijs perruminans: præsertim dū opus aliquod paras aggredi, aut etiam in ipso iam opere: sicuti apostolus ipse Paulus erudiēs, Serui inquit obedite dominis carnalibus cū timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum seruientes quasi hominibus placētes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo cū bona voluntate, seruientes sicut domino & Eph. 6. a.

non hominibus. Nam (vt idē alias inquit) hilarem datorem diligit Deus, qui & gratissima habet non coacta, sed vltronea, & ab amore proficiscentia sacrificia. Fœlix proinde quisquis ita diuino flagrat trahiturq; amore, siquidem præterquam quod cito diteſcit virtutibus & gratijs, haud facile poteſt ab hoſte ſuperari. Vbi enim alij vix reptitant, ibi volat, vbi alij veluti ad ſepem reſtitant, ibi facile tranſilit. Auis enim ſeu beſtia quæ velox eſt, haud facile poteſt à venatore comprehendi aut iaculo appeti. Hic quoq; quaſi alter Elias eſt, qui curru igneo, & igneis equis per turbinem in cœlum ſubuectus eſt. Nam quod illi currus, hoc iſti flā meus ille eſt erga Deum amor: & quod illi equi, hoc iſti ſancta ſunt ſuſpiria, atq; ingentia deſideria, quibus tū ad maiorem ſemper fertur Dei cognitionem, tum ad perfectius erga eundem obſequiū, quę etiā vt ſemper trahunt, ita nunquam ſinunt currum amoris interquieſcere: iuxta illud Gregorianū. Nunquam eſt Dei amor ocioſus. Operatur etenim magna ſi eſt, ſi vero operari renuit, amor nō eſt. Atq; hinc palā liquet, an (quod nobis perſuademus omnes) verè Deum diligamur. Præterea quiſquis hoc vehitur curru, cum Elia etiam pallium abijcit, hoc eſt, terree-

2. Cor. 9. b.

2. Reg. 2. b.

Gre. Ho. in euan. 30

terrenarum rerum solicitudinem, & superfluitatem, quibus plerique miserè onerantur: est enim veluti festinus & prudens viator, qui cuncta abijcit quæ ipsum possent in itinere remorari, vt sunt graues sarcinæ, laxa indumenta, & id genus alia. Vnde non reptasse aut iuisse simpliciter sanctos legimus in via salutis, sed cucurrisse potius iuxta illud Dauidis. Viam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum: Psal.118.
Vnde & apostolus: Cursum, inquit, consummaui. 2.Thi.4.b
Qui item alibi ita nos hortatur. 1.Cor.9.d.
Sic currite, vt comprehendatis. Cæterum Eliæ nostro etiam illud congruit, quod dicitur per Iesaiam: Anima mea desiderauit te, sed & spiritu meo in præcordijs, de mane vigilabo ad te. Iesa.26.b.
Et illud quod Israeli per figuram præceptum est: omne sacrificium sacerdotum igni debere consumi. Leui.6.d.
Feruore etenim opus est, vt diuinum rectè peragatur seruitium. Deu.4.d. 1.Io.4.b.
Ad hæc, quum Deus noster ignis consumens, & charitas esse scribatur, cultores ipsius charitate flagrare æquum est.

De

De tuendo corde ab omni indecenti sui ipsius & creaturarum dilectione. Cap. 17.

APprimè quoq; necessarium est, vt hominis proficere cupientis animus vacuus conseruetur omnibus temporalibus tam spiritualium quam secularium rerum oblectamentis, nec alibi solatia quæritet præterquã in deo & ijs quę diuina sunt. Quandoquidem vt per Elizæi mandatum ex vasculo viduæ Sareptanæ tã diu manauit oleum donec suppeterent in quæ infunderet vasa vacua: ita Deus tamdiu nobis suam infundit gratiam, donec cordiũ nostrorum vascula vacua inuenit præsentis seculi voluptatibus & amore. Dominus enim Iesus teste Bernardo zelotypus spõsus est: qppe qui non ferat a sponsa sua adamari alienum: quam etiam non vestitam, sed nudam desiderat omnibus huius mundi curis, cupiditatibus & oblectamentis, ita vt omni exuta proprietate, totam sese quatenus potest, nunc & in sempiternum diuinæ contradat voluntati. Quapropter quisquis sese totum in diuinum cupit asserere seruitium atq; amorem, summopere cauere debet, ne vlla in re creata, quæ diuinum non concernat amorem conquiescat, aut ad illã feratur, aut ex illa capiat voluptatem. Caue igitur tibi quisquis

Bernar.

quisquis dignum Deo cupis præstare famulum, ne ab hominibus sciri, æstimari & aut amari cupias: nec magnopere cures quã de te vulgus æstimationem habeat, gratus ne sis omnibus, an ingratus: & quid de te vulgo dictitent: sed illud vnũ cura, ne quid cõmittas, loquaris, cogites, aut audias, quod diuino aduersetur honori aut amori. Sed nec mœstitudine aut impatientia afficiaris quoties aut animo aut corpori aliquid contingit aduersi. Omnis humanus fauor, & suipsius aut creaturarum amor, suo quodam veluti visco animarum nostrarum pennas conglutinat & constringit, ne transuolare sursum possint ad Dominum: sed cogitationibus suis ad ista sidunt inferiora, quibus pleriq; toto pectore dediti sunt. Hæc aũt dixerim, non quòd continuo ab hisce terrenis perfecte quemq; vacuum esse debere existimem, quod sanè vix nisi lõgo temporis spacio atq; exercitio perfici consueuit, sed vt sciat quisq; à quibus potissimum sibi prospicere debeat; quibus obluctari, & de quibus potissimum debeat contristari, expendens non quales sint eiusmodi res, sed quanto ad eas feratur desiderio, quantamq; ex eis capiat voluptatem: quandoquidem vel rerum vilissimarum nonnulli inpotenti capi-

untur amore. Certè in exigua pecuniola magna interdum sita est cupiditas, & in modico cibo etiam rudi, aut potu magna ingluuies: dum videlicet animi appetitus totus in eis est, & acquiescit. Præterea minus obsunt homini immodicus ille amor creaturarum, animusq; fractarius & in aduersis impatiens si eisdem pro viribus obluctemur, etiamsi non peruincamus aut abigamus prorsus huiusmodi affectus. Siquidem nostrarum omnino virium nō est, prauos animi affectus abigere aut in diuersos commutare quoties volumus: sed si nobis displiceant, & pro viribus à nobis impugnentur, magni meriti locum nobis præstare possunt. Ediuerso vt res sint exigui admodum momenti, si animum nostrum oblectent, eisque immodice afficiamur, facile à nobis diuinum amorem profligabūt, aut certè corrumpent. Nescitis inquit apostolus, quia modicum fermentum totā massam corrumpit? Sunt nonnulli qui Deo simul & mundo seruire conantur: & in spiritualibus suis exercitijs ob sordidas quasdam consolatiunculas quas quæritant, sibi potius seruiunt quam Deo. Verum Dominus in multis sacræ scripturæ locis, sibi soli integrum cor nostrum offerri desiderat, nimirum

1. Cor. 5. b.

nimirum nobilissimus nobilissimam hominis partem: sicuti nobiles quidam accipitres, corda modo edunt suarum prędarum. Atqui æquissimum omnino est totum cor nostrum in illum transfundamus, quoniam vnus ipse est, qui vniuersis cordis nostri desiderijs potest satisfacere, id quod nulla sanè efficere valet creatura. Quare qui se posse arbitratur simul & deo adhærere, & mũdo huic seu rebus mundanis, & diuinæ derogat nobilitati, & Deo suo infidelis est: quinimo & inanem sumit operã. Nam quũ diuinus amor & amor mundanus pugnẽt ex diametro, quo magis alter apud aliquẽ redũdat, eo magis necesse est alter minuatur. Ad hũc autem diuinum amorem admodum longanimiter contendendum est: nemo enim hunc assequi subito potest sed sensim, præsertim per continuam sensualium abdicationẽ. Ad quod efficax erit adminiculum, & optimum medium, si quis ardentibus votis eo cor suũ extimulet, dictim centies aut (si fieri posset) milies lamentans, quod cor suum Deo non valeat per constantem amorem conglutinare, ita suspirans & dicens. O domine Iesu, quando te toto pectore amabo? quando vnicus & solus eris & cordis mei thesaurus, & animæ meæ

Simile.

sponsus? quando in me accendetur ignis ille amoris, quem vt accenderes, in terram hanc descendisti? Quando, quod per prophetam hortaris, in toto corde meo conuertar ad te? Ipse conquereris per prophetam, quod ad te toto pectore non conuertamur dicens. Si quæritis quærite, conuertimini & venite. nos vicissim cõquerimur, quod cor nostrum inconstans te nesciat feliciter quærere & adinuenire: & quando tãdem vtrobique erit querimoniarum finis? Quando tãdem & isti tuo de nobis desiderio, & huic nostro per te voto erit factum satis? Ad te clamo cũ sponsa mystica dicẽs. Gaudẽs gaudebo in domino: & exultabit anima mea in Deo meo. Lætabor & exultabo in te. psallam nomini tuo altissime. Omnia ossa mea dicent. Domine quis similis tibi? Veruntamen ô Domine Deus video quam adhuc absum à meis votis. Hoc ergo pacto teipsũ exercitabis. Quod si vero diutius prorogetur diuina gratia, caue impatientia tua concidas, aut diuinam bonitatem incuses, quin potius cum Magdalena quære, illachryma, ad monumentum recurre, & omni te solatio destitutum tam diu conqueri ne cessa, donec Dominus ipse semet tibi exhibeat: Magdalenẽ imitans quæ tanto erga Dominum su-

Ioan. 2. c.
Iesa. 21. c.
Iesa. 9. d.
Psal. 9 a.
Psa. 34. b.

nũ ſuum ardebat deſiderio, vt nulla ipſi ne angelorum quidem potuerint ſolatia ſatisfacere niſi illo potiretur in quo toto corde cõ quieſcebat.

De ordine ſeruando in profectu virtutum Ca. 8.

SVnt præterea permulti, qui ſedule quidem contendunt ad meliora, ſed exiguo aut nullo interdum fructu, propterea q̃ ordinem in dirigẽda vita ſeruare neſciant, qui tamen vbiuis ſummè eſt neceſſarius. Quemadmodum enim qui domum extruere parat, primo omnium in altum fodiens ſtabile collocat fundamentum, (ſecus enim magno ſuo diſpendio ædificabit) mox parietes erigit, deinde tectum ſuperſtruit, ita & in optima vita dirigenda certus quidam ordo ſeruandus eſt, ne primo loco fiat quod poſtremo faciendum eſt: id quod ab ijs fit, qui neglectis incipientium ac proficientiũ exercitamentis, primo omnium totos ſeſe contemplatiuæ vitæ perfectioni dedũt, arbitrantes primo ſtatim ſaltu, ad ipſum vſq̃ montis verticem ſe poſſe tranſuolare. Qui dum tandem deprehendunt ſeſe neutiquam promouere, nec animaduertunt quid ſubſit cauſæ, deteriores nonnunquam fiunt ijs qui nihil vnquã ardui aggreſſi ſunt. Nec minus peccant ij, qui confuſè pariter omneis, non

ordine singulos volunt gradus conscẽdere, non animaduertentes singulos quosque satis præstare suis ascensoribus negocij, etiã ijs qui huc aduigilant sedulo. Itaq; & hi quoniam ordinem nesciunt, raro perfectionis culmen assequuntur. Sunt autẽ hi veluti præcoces fructus ante tempus decidentes, & veluti arbores suos flores abortientes. Hac de re sapiens. Hæreditas inquit, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Pro.20.c. Nascitur autẽ hæc ordinis confusio nonnunquam ab ignorãtia, potissimũ autem ab occulta quadam (vt metuendum est) superbia, qua videlicet nõnulli mox altiora volunt audentq; aggredi. Et videntur quidẽ sublime aliquid de se polliceri: at fit plerunq; vt quo altius subuolarint hoc grauius corruant. Hinc est quod Paulus nos ita adhortetur: Omnia honeste & secundũ ordinẽ fiãt in vobis. 1.Cor.14.g. Alibi quoq; & hoc scribit. Quæ aũt sunt á Deo, ordinata sunt. Ro.4.a Id quoque in rerum natura cernimus, suo quæque pergere ordine. Arbores primũ ferè frõdes, deinde flores, tandẽ fructus parturiunt. Eodem modo cætera omnia quæcunq; incrementum sumunt, certũ sibi à Deo inditũ ordinẽ custodiũt: id q; etiã in spirituali profectu obseruandũ est. Primo loco anima ipsa ab omni-

ob omnibus noxis per ſyncerā pœnitentiā eſt repurgāda. Secūdo per opera virtutū excolēda. Tertio per pietatē & feruorē erga Deū perficiēda. Principio ad Chriſti pedes deſcendatur cū Magdalena, vbi præſto eſt admiſſorū condonatio, inde ad manus aſcēdatur, per bonorū operū exercitia, tertio ad os ipſum cū ſpōſa myſtica exoſculandū, per ſuauiſſimi amoris ſenſum, perq; dulciſſimæ faciei contēplationē. Huius aūt rei typus in Iaacob præceſſit, q priuſquā formoſam illā Rachelē mereretur vxorē, eius ſororē Liā coactus eſt accipere, quæ lippis erat oculis, ſed tamē fœcūda. Idē docet & Dauid deum ait, Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ indicās reſipiſcētiā maleq; actę vitę correctionē illic debere præcedere, vbi Dominus ipſe per ſuam gratiam poſſit reſidere. Itaq; ſummè neceſſariū, vt q ex mundana et ſceleroſa vita pedē iā retraxit, primo omniū ad verā pœnitentiā peragēdā totū ſeſe cōferat, quę ſanè lōgè plus negocij habet quā hodie vulgo æſtimatur: mox veterē illam prauāq; conſuetudinē à ſe abdicare diſcat, ac diuerſam à priſtina illa cōuerſationem apprehēdat, priuſquā ſe totū ad contēplationē cōferat. Nō q; expers omnino eſſe debeat à cōtemplatione, dum adhuc in pœnitentia agit Gen. 29. Pſa. 88.

aut à pœnitentia, dum iam in contemplatione est: (nam tametsi spiritualis exercitij gradus discreti sint, miscendi tamẽ sunt nonnũquã) sed vt agnoscat, qd potissimũ primo, & quid potissimũ secundo sit loco agendũ. Nam qui in statu adhuc agit pœnitentiũ ad pedes procumbens benignissimi Iesu, hinc actæ vitæ turpitudinem, inde contemplans seueram Dei iustitiã, vt ex hoc ad terrorem concitetur & contritionem, nihil vetat quo minus vultum atq; oculos interdũ attollere debeat ad placidam dulcissimi Iesu faciem, recogitaturus diuinam bonitatem, eidemq; gratias acturus, quæ tã diu peccanti atq; ingrato pepercerit, & à qua ipse bona acceperit loco malorum, sumpta ex hoc ipso fiducia, se non prorsus à Deo esse proiectum. Similiter qui in supremo constitutus est gradu, & per ardorem contemplations diuinam contuetur & quoad licet degustat bonitatem, nonnunquam oculos inflectere debet ad suam vilitatem, debilitatem, vetera illa flagitia, coridianos lapsus, quo videlicet per humilitatem se magis in amore stabiliat, atque agnoscere discat quanta ipsum gratia dignetur Deus, qui homuncionem tam infelicem atque abiectum ad tantã subuehat dignitatẽ, suscitãs (vt inquit

psalmographus

psalmographus de terra inopem, & de ster core erigens pauperem: vt collocet eum cũ principibus, cũ principibus populi sui, hoc est cum supremis cœlorum spiritibus. Hic autem ordo spiritualis profectus pulchro nobis docetur in veteri testamento ænigma te, vbi Iudæis præcipitur, vt si quis in prælio captiuasset gentilem mulierem, quã vxorem vellet, ipsa primum cæsariem raderet, vngueis circuncideret, vestem deponeret in qua capta erat, sedensque in domo fleret patrem & matrem suam, mense vno, & postea hanc ille acciperet vxorem, quo indicatur, quòd dum mundana aut peccatrix anima á Deo accersitur ad meliorem vitæ frugem, seu vitam monasticam, priusquam ad amplexum admitti mereatur amabilis Iesu, resecare ac proijcere debeat õnem sensualium rerum redundantiam, viuendi rationem a pristina prorsus diuersam apprehẽdere: secundum hæc complorare patrem suum & matrem debeat, hoc est sceleros am illam vitam, quam ab Adam & Heua primis humani generis parentibus hausit, quorum peccato in peccatis nascimur vniuersi: atq; ita tandem ad statum admitti merebitur, dulcissimæ contemplationis & flagrantissimi erga Deum amoris.

Psal. 112.

Deut. 21.

De

De obedientia, & cuiusmodi circa hanc nouitij esse debeant. Cap. 19.

VT autem semitam spiritualis profectus vndiquaq; perfectius præparemus, & accinctis huius viatoribus omni ex parte commodemus, sciendum etiã apprime vtile ac necessarium esse, vt quisq; sibi prudentem ducem deligat, qui ipsum dirigat ne qua aberret: qui lassum suffulciat, onerato suppetias ferat, collapsum subleuet. Sapientis non est, longum & periculosum iter velle emetiri solitariũ, vtpote absque prudente aliquo ductore, qui omnia itineris pericula atque incommoda sit expertus. Quid enim molestius, angustius, periculosius hac semita virtutum, in qua indies tot hominum milia collabuntur & errant, etiam ij quibus idipsum persuaderi non posset, quoniam excœcati sunt? Quis etiam sibi arrogare audeat (præsertim qui in virtutibus adhuc pusillus atque inualidus sit) posse se euadere ac superare omneis tam insidias quam apertos insultus tam multiplicium hostium in hoc itinere excubantium, nisi secum gnarum itineris ducem habeat, qui viam commonstret, qui adiutet subin-
Cli. grad. 1. de & subleuet? Procul absit hæc tanta ab humilis atque incipientis animo temeritas.

Vnde

Vnde rectè Climacus. Nos, inquit, omnes qui volumus exire de Aegypto & de manibus Pharaonis, omnino egemus aliquo mediatore Moyse inter nos & Deum: sub cuius ducatu transeamus mare peccatorum, & vincamus Amalech tentatorem. Hinc etiam in quodam sermone Bernardus: Obsecro ait vos nouellæ plantationes Dei, vos qui nondum exercitatos habetis sensus ad discretionem boni & mali, nolite sequi cordis vestri iudicium, nolite abundare in sensu vestro, ne vos tanquam rudes adhuc versutus ille venator decipiat. Vnde obsecro vos humiliamini sub potenti manu Dei pastoris vestri: & acquiescite eorum consilijs, qui melius norunt venatoris illius versutias edocti diuturno longi temporis exercitio, & crebris experimentis, tam in se quam in multis. Quamobrem qui securè & prudenter in semita virtutum pergere desiderat, coram Deo et hominibus propriam insciti am confiteatur oportet, atque ita alterius fete manibus committat. Si secularis est, eruditum ac prudentem sibi deligat confessarium: si monastico initiatus instituto, aut initiari decreuit, totum se præfecti sui voluntati submittat, certâ in ijs collocans fiduciâ, quæ ipse vel prescripserit vel cõsuluerit: nõ

Ber. ser. 3. in psa. qui ha.

Ibid. infra.

secus

secus ipsi auscultans, atq; suo pædagogo discipulus, qui simpliciter credēs nihil de magistri traditionibus addubitat aut disquirit. Incipientium enim obedientia indiscreta est quodammodo, propterea quod simpliciter credere debeat disquisitionem. Hinc est q̄d
In coll. pat. in antiquorum patrum legimus traditionibus, nunquam eum hominē veritatis ac virtutis posse assequi cognitionē, qui singula prius conat̄ discutere, nec vult simpliciter credere. Cernens enim diabolus talem magis suo fidere quam prælati sui iudicio, facile eum huc adducet, vt credat esse impium atq; inutile, quod vel maximè vtile est ac ne
Leu. 22. d. cessarium. Huius autem rei figura præcessit in eo quod bos, ouis & capra quum genita fuissent, septem diebus sub vbere matris sue esse præcipiebantur, die autē octauo & deinceps domino permittebātur offerri: Quo indicatur christianæ religionis tyronem a spirituali quopiam patre seu matre formari, adiutari & confortari debere, priusquam diuino obsequio possit esse idoneus. Itaque qui in via graditur virtutum nullo ductore veluti nauigium est sine nauclero, ouis sine pastore, miles seu exercitus sine imperatore: pullus gallinaceus sine matre, quibus sane non mediocre imminet periculū, vt vix

fieri

fieri possit quin ipsis cedat pessimè. Citra vllum sane negotium poterat Deus omnes ita sapientes ac robustos creasse, vt ipsis fuerat iuxta cuiusq; conditionem ad salutem necessarium: verum quo alendæ inter mortales amicitiæ & exercendæ humilitatis præstaret occasionem, his quidem cumulatius, illis vero parcius sua dona distribuit. Peculiariter autem id humanæ inditum est naturæ, vt quisq; alterius magis vitium deprehendat perspiciatq;, quam suum: nam fere in propria quisq; causa cæcutit, atq; hallucinatur. Hinc sapiens. Ne sis inquit sapiens apud temetipsum. Quam autē sit tyronibus atq; imperfectis necessarius ductor, pædagogus, aut spiritualis pater siue mater, & quam huic fidere debeat, probè nos docet apostolus Petrus, ita christianis scribens recenter initiatis. Sicut modo geniti infantes, rationabile & sine dolo lac cōcupiscite: hoc est, eum vobis quærite qui matris instar vos nutriat ac tueatur. Absit vt arbitreris te posse absq; alieno subsidio progredi: verū quēadmodum puellus suæ sese credit matri: ita tu quoq; spirituali tuo fide parenti, certam quandam ab illo viuendi normam postulās quæ maximè tuo seruiat statui atq; ingenio. Vniuersas tuas tentationes, atque adeo cor ipsum

Pro.3.a.

1.Pe.2.a.

ipsum totum eidem referato, haud facile quicquam aggressurus citra aut præter ipsius consilium. Ad hæc tanquam à matre filius, ab ipso solatium & consilium petito, quasi pabulum quoddam vitæ spiritualis. Hæc prima est verę humanitatis probatio, hoc salutaris profectus fundamentum: hæc denique efficacissima ratio est ad superandas aut euadendas impias suggestiones, quã in primis exhorret inimicus diabolus. Fieri enim haud potest vt diutius ipse apud illũ delitescat, quem suo parenti continuè cernit omnia pectoris sui pandere arcana: sed quasi serpens è cauerna sua mox cõpellitur prodire. Contra autem euidens indiciũ est, eum esse miserè illaqueatum atq; abductũ, qui nec velit nec possit pectoris sui arcana præsidi aut spirituali patri manifestare: id quod accidit nonnunquam ob nimium pudorem, nõnunquam etiam ob superbiã: dũ videlicet ipse sibi abunde prudens videtur, aut persuasum habet patrem esse imprudẽtiorem, quam qui possit opem aut consiliũ prętstare. Quam ob rem etiam per diuinam iustitiam, ruere sinitur in miserrimam cõscientiæ carnificinam atq; cœcitatẽ, ita vt solicitationes quasdam aut molestias lõgo tẽporis tractu cogatur perferre, à quib. infra

vnius

vnius forte horulæ ſpaciũ poterat liberari, ſi ſuo ſeſe crederet ac pãderet cõmoderatori. Quæ ſane via eſt ad virtutẽ & rectior, & certior, vtpote quę ducat hoẽm ad ꝑfectam ſui renũciationẽ, ac ꝓinde ad verã perfectionẽ: quẽadmodũ oẽs teſtãt ſacri ſcriptores, noiatim aũt qdã in patrũ Collationib. ita in quiẽs. Nullo modo poterit in aĩa nr̃a ⁊tutũ ſtructura conſurgere, niſi prius iacta fuerint verę humilitatis & ſimplicis obediẽtię in noſtro corde fundamenta: ita vt præter abbatis mãdatũ nulla penitus voluntas viuat in nobis. Quod nõ aliter obſeruari poterit, niſi quis nõ ſolum ſe mortuũ huic mundo, verumetiã inſipientẽ iudicauerit ac ſtultũ, vniuerſa quę ſibi fuerint à ſeniorib. imperata ſine ulla diſcuſſione perficiens, ſacroſãcta ea credens ac diuinitus ꝓmulgata (niſi forte ea palã eſſent impia) atq; ita tandẽ per huiuſmodi humilis obediẽtię exercitationẽ ad ꝑfectam boni cordis qetudinẽ poterit peruenire. Hæc etiã nos paſſim docẽt arcanę ſcripturæ. Samuel enim adhuc infantulus Eli ſacerdoti licet indigno traditus eſt, à quo & eruditus eſt qpacto reſpõderet cũ à dño appellaret & ꝓpheta eligeret. Itẽ cũ dominus Paulũ cõuertere decreuiſſet, Ananię tradidit imbuendũ. Ipſi Loth angelũ dedit itineris ducẽ; cõſimiliter Thob. ange. Raphaelẽ:

Caſſ. li. de inſti. cœno. 12. ca. 2.

ibid. paulo inferius.

Hactenus Caſſ.

1. Re. 1. d. ibid. ;. a.

Act. 9. b Gen. 19. e. Thob. 5. a.

populo quoque Israelitico Mosen, & post hunc Iosue eidem dedit propugnatorem: hoc ipso nos erudiens, ne quid ardui negotij citra ductorem aggredi præsumamus.

Quid fieri debeat tam à monachis quàm Laicis in deligendo consiliario: & de efficacia obedientiæ. Cap. 20.

Dixerit hic fortasse aliquis, Ego quum monastico instituto initiatus non sim sed communi viuam lege christianorum, prorsus non habeo qui mihi patris loco sit, & à cuius consilijs pendeam. Nã qui parochum agit, homo est parum religiosus aut certe admodum rudis. Vbi igitur talem nanciscar, cui memet totum concredam, & qui vicissim se mihi & patrem & prudentẽ præstet consiliarium? Idem conqueri & cœnobitæ possunt, qui moderatorem habent parum prudentem, ineruditum, aut paulo morosiorem, quem nõ liceat mutare. Quid igitur consilij aut responsi his dabimus? Principio in confesso quidem est, multam pro dolor vbique esse raritatem eorumqui digne & syncere greges curant dominicos, neutiquam tamen Deus eos deserturus est, quos cognouerit toto ipsum corde quærentes. Qui ergo in seculo agit, libertatem habens deligendi sibi confessarium quemcũq; decreuerit,

decreuerit, hic saltem eam curã adhibeat ad tuendam animæ sanitatẽ, quã adhibiturus esset in deligẽdo medico, si corpus capitali quopiam morbo laboraret. Qui vero monasticam agens vitã, certo vni confessario addictus est, non nimium expendat quam videatur is parum eruditus, prudens aut probus, sed id magis cogitet Dei esse vicariũ, per quem Deus ipse velit subditorũ salutẽ administrari, eidem etiam impertita gratia subditorũ meritis ac necessitatibus opportuna. Vt enim nonnulli videantur vita aut eruditione parum probata, norunt tamẽ nõ raro, diuina id operante gratia, quam optime consulere alijs, etiamsi sibi consulant pessimè. Idem quoq; sibi persuadeant cogitentq; liberam in seculo vitam viuentes, dũ non queunt nanciscí probati alicuius pœnitentiarij aut parochi copiam, longanimiter cum bona interim erga deum fiducia agentes, eundemq; flagitantes, vt suo ipsis consilio adesse, atq; eius cui subsunt pastoris animũ diuina sua sapientia dignetur imbuere: id persuasi quod quemadmodũ medici nonnulli morbo quopiam obnoxij, optime quidem alijs consulere ac mederi, non autem sibi ipsis norunt, ita pastores quoque parum sani, tametsi non sibi, alijs tamen salubriter

possint cõsulere adiuti videlicet vel iis quæ lectione didicere, vel iis quæ ex diuini Spiritus fauore ob prouinciæ quam sustinent, dignitatem sunt assequuti. Siquidem & Caiphas alioqui reprobus teste Euangelista, cũ esset pontifex, noscitur prophetasse. Beatus quoque Bernardus id de se testatur, multa sibi dum alios admoneret diuinitus administrari solita, prout eorum quibus loquebatur feruor aut dignitas promerebatur. Hæc quum ita sint, nemo sibi siue monachus siue laicus prætexat excusationem, quasi necessario sit consilio destitutus, sed lubens ac volens sui moderatoris semet subiiciat voluntati, magis semper legitimo suo fidens pastori, modo mediocri polleat tum probitate, tum eruditione, atque extrario quopiam qui vulgo fortasse habetur præstantior.

Ioh.11.g.

Huius autem subiectionis multa passim extant exempla, etiam eorum qui liberam exegere vitam, qui suapte sponte probatum aliquem virum sibi deligebant cui in omnibus obsequerentur, sicuti de illustrissima illa legimus Elizabetha regis Hungarorum filia.

Et eximius ille beatæ paupertatis atque

que humilitatis zelator FRANCISCVS suis sæpenumero comitibus detulisse obedientiam scribitur, quò videlicet sua opera tanto magis redderet meritoria, quãto haberent minus propriæ voluntatis atque consilij: à quibus sibi quisque quantum fieri potest debet prospicere. Nam proprium consilium plus quam fallax est: & propria voluntas plus quã pernitiosa. Quid enim inquit Bernardus odit aut quid punit Deus præter voluntatem propriam? Cessset voluntas propria, & infernus non erit. Eam autem interpretatur voluntatem esse propriam, quando quod volumus non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, satisfacientes propris motibus animorum. Est præterea propria hæc voluntas spiritualis quædam arrogantia, dum quis tantum suo tribuit iudicio, vt ne latum quidem vnguem ab illo velit recedere, etiamsi cœtus ipse refragetur vniuersus. Ber. ser. de resurr.

Hæc duo veluti radices sunt omnis mali, atque adeo omnium errorum simul & criminum scaturigines. Porro ad hæc reuellenda in primis conducit obedientia, qua nosmet mancipamus alterius potestati,

ipsius potius obtemperaturi sensui atq; voluntati quam nostræ. Quæ autē ex syncera obediētia fiunt opera, pura prorsus sunt, & ab omni propriæ voluntatis sorde aliena. Hæc est semita multo tum apertissima, tum facillima, tum etiam rectissima ad salutem, vt quā nos Christus ipse iam duodēnis edocuit, dū è parentū manibus elapsus & in, tēplo in medio doctorum repertus ab increpantis more loquente matre audiens. Fili, quid feciſti nobis sic, parentum iussis obtēperauit. Sic enim refert Euangelista. Et descendit cum illis & venit Nazareth: & erat subditus illis: nimirum Christus Mariæ & Ioseph, Deus hominibus: Nō quod ipse egeret parentum aut cura aut institutione, sed quod nobis id esset necessarium, nimirū vt nos primū omniū disceremus humilis obedientiæ semitam, tanquā inter cæteras Christi virtutes primam, ac præcipuam, vtpote quam primo omnium nobis suo exemplo commonstrarit. De hac virtute piè admodum scribit beatus Bernardus, ita in sermone de resurrectione Domini tertio inquiēs. Attende quid fecerit magni cōsilij angelus, quomodo consilium suum postposuerit cōsilio vel magis volūtati mulieris vnius (beatam virginem loquor) vt fabri pauperis, ipse est

Luc. 2. g.

Bernar.

se est Ioseph. Inuentus enim in medio doctorum audiens eos & interrogans quodammodo increpatus à matre est. Fili quid fecisti nobis sic? At ille, Quid erat inquit quod me querebatis? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse? At illi nõ intellexerunt verbũ: & q; fecit verbũ. Non capiebatur in se, descendit ita vt esset etiã subditus illis. Quis iam non erubescat obstinatus esse in consilio suo, quando suum sapientia ipsa deseruit? Sed forte quærendũ ab ipso est, quomodo voluntatem suam cõsiliumue reliquerit. O Domine voluntas de qua dixisti vt non fieret, si bona non erat, quomodo tua erat? Si bona erat, quare derelicta est. Sic & consilium si non bonum, quomodo tuum? Si bonũ, quomodo relinquendum? Et bona erant, & eius erant, neq; minus sunt relinquenda ob hoc videlicet, vt fierent meliora. Neq; enim oportebat propria præiudicare communibus. Erat ergo voluntas Christi, & bona erat, quæ dicebat si fieri potest transeat á me calix iste: sed ea quam dicebat, fiat volũtas tua melior erat, quia communis non solum Patris, sed & Christi ipsius (oblatus est enim quia voluit) & nostra. Proinde Dominus ipse suam deseruit cum doctoribus disputationem, ni- Luc. 2. f.

mirum bonum opus ob aliud prestantius atque communius, vtpote quod ad profectũ pertineret omnium, quo videlicet rectam illam obedientiæ semitam suo ipsius exemplo nos pariter doceret omneis: præsertim tamẽ paruulus paruulos & in virtutibus adhuc imbecillos, deinde etiam vt huius virtutis nobis insinuaret dignitatem atq; efficaciam, quæ tanta est, vt opus alioqui bonũ longè reddat præstantius, imo opus alioqui aut nullius aut exigui meriti, maiori etiam premio efficiat dignum, quam sit aliud natura sui eximium. Tradunt nanq; catholici doctores, maioris eum esse apud Deum meriti, qui carnibus vescitur, ieiunium dissoluit, aut aliud aliquod pœnitentiale opus intermittit mandato coactus obedientiæ, quam qui á carnibus abstinet sola adductus voluntatis propriæ libertate. Vnde beata illa Brigida ita à Domino scribitur audisse: Etiam si quater in die comederis, non tibi imputabitur ad peccatum, si permissione eius feceris cui teneris obedire. De hac quoq; obedientia cum primis consolatoria sunt quę scribit Climacus. Obedientia inquiens est satisfactio chara Deo, non timens mortẽ. Obedientia est nauigatio sine damno, & est ire per viam dormiendo. Obedientia est sepultura

In reue. Brigi. li. 4. ca. 106.

Cli. gra. 4. in princi.

tura voluntatis, & resurrectio humilitatis. Obedientia non contradicit, non discernit, mortua est in malis & in bonis apparentib. Prælatus obedientis reddet rationem pro eo. Hortor ergo hanc sibi quisque pro statu sui conditione quærat commoditatem. Hanc amplectatur semitam, hoc tantum non negligat ad salutem adiumentum, hoc est subesse quisque curet alterius imperio: id quod interdū perinde foret facile laicis, atque ipsis monachis, si modo huc, quod in ipsis est, adniterentur. Quanquam interim quæ cum voto coniuncta est obedientia, aut ex voto proficiscitur, suorum operum merita magis accumulat.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe uere æterne atq; omnipotens pastor, qui ut ouiculis absolutam & securā uiuēdi formā cōmōstrares, te uoluisti subdere mortalib. Marie uidelicet matri tuæ, et educatori tuo Ioseph, ut hoc humilitatis exemplo

Superbi ac tumidi ad salutarem obedientiam uel ru-
bore compellamur: da obsecro mihi rigido ac intra-
ctabili, sic meipsum meaque consilia pessundare ac
frangere ualeam: aliorumq; memet iudicijs subij-
cere, credere, & adhibere cupiam: da sic tuo amore
ferueam: da sic mihi ipse in mei sensu totus enites-
cam, ut semper & in omnibus solicitus aliurom consi-
lia requiram: alienam potius quàm
propriam
uolun-
tatem sequar &
exequar. & in sacræ obedientiæ
humilitate memet exercitans, in uera
ac secura uia uirtutum constan-
ter persistam.

TRA-

TRACTATVS SECVNDVS
de tribus partibus pœnitentiæ.

De triplici gradu seu statu vitæ spiritualis. Cap. 1.

IAm vt ad præcipuam quandam nostri argumenti partem veniamus, nempe ad tractandum statũ & profectum incipientium, cui spiritualem viatorem iuxta ingenij nostri tenuitatem hactenus preparauimus, commonstratis illi præcipuis spiritualis huius vitæ cum impedimentis, tum etiã adiumentis, seu virtutibus huic negocio accommodis, ante omnia statuimus profectũ virtutũ tribus distinguere gradibus seu statibus sequuti hanc in re sacram scripturam et insignes quosdã Theologos nominatim Bernardum & Bonauenturam: qui Christianæ vitæ statum partiuntur in gradũ seu statum incipientium, in gradum proficiẽtium, & ingradum perfectorum. Hunc autem triplicem progressum varijs nobis figuris deliniatum intelligimus in literis arcanis: veluti in itinere illo trium dierum de quo Moses loquebatur, quum populum Israeliticũ domino sacrificaturum inducere vellet in terram repromissam, & obstaret Pharao, nolẽs illos alibi sacrificare Domino quã in terra Aegypti,

Vide Ber. in Can. ser. 4. & tract. de vita solitar. ad fr. de mõ Dei.

Exo. 8. f. g.

Aegypti, ita ad Pharaonem inquiens: Non potest ita fieri. Viam trium dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus domino Deo nostro, sicut præcepit nobis: Et rursus in Euangelio vbi legimus turbam tribus similiter diebus in solitudinem sequutam fuisse Christum, priusquam panibus reficeretur diuino miraculo multiplicatis. Item alio in loco, vbi puer Iesus scribitur triduo à matre quæsitus, & tandem in templo in medio doctorum repertus. Per huiuscemodi ergo triũ dierum spatia seu itinera triplex nobis insinuatur spiritualis vitæ gradus.

Mat.15.d.

Luc.2.f.

Proinde quisquis cum filijs Israel gratũ Domino auet offerre sacrificiũ, quisquis Iesum cum Maria & Ioseph in templo cordis sui cupit reperire, quisquis à Christo septẽ Spiritus sancti dotibus quasi vñ. panibus plenè desiderat exaturari, tribus Christum diebus sequatur & quærat necesse est, hoc est ad iñ. dictos gradus necesse est contẽdat. Quisqs enim in his aut aliquo horum non est aut nõ ingreditur, Deo placere haudquaquam potest. Figurantur præterea tres hi gradus in tribus illis electissimis discipulis Petro Iacobo & Iohanne: quos Christus peculiariter selectos secum in montem Thabor conscendere iussit, eisdemq; futuræ suæ gloriæ imaginem

ginem præmonstrauit, quam tandem gloriam omnibus ostensurus erat electis, aliquo dictorum graduum in hoc sæculo ingredientium. Primus gradus nempe incipientium, per Petrum designatus intelligi potest, propterea quòd post abiuratum per imbecillitatem Dominum, plenè scelus suum detestatus sit. Atque ob id non incongruè typum gerit eorum, qui ad meliorem vitæ frugem sese recipiunt, errorum superioris vitæ plenè pertæsi. Secundus qui est proficientium, omnemq; prauam concupiscentiam seu affectum tum corporis tum animę sedula semper cura reprimentium & cõculcantium, per Iacobum designatur, qui interpretatur supplantator. Tertius qui est perfectorum, per Iohannem indicatur. Iohannes enim interpretatur domini gratia, & hic inter cæteros omnes scribitur specialiter dilectus & gratus Christo, & diuinæ sapientiæ illustratione sublimatus. Quare non iniuria per hunc perfectorum status indicatur, qui singulari quadam à Deo gratia cumulati sunt, ita vt veluti aquilæ quædam spirituales animo semper atque affectu in sublimibus agant, meditantes semper cœlestia, omneque desiderium sustollentes in Deum.

Quam

Quam ob rem ò vos, qui monasticam estis vitam professi, qui Aegyptum diuina iuuãte gratia reliquistis, qui diuinæ vocationi obaudistis, & mundum hunc deseruistis, ad tridui iter fœliciter peragendum paratos vos reddite, & ab omnibus implicamentis expeditos, quandoquidem in hoc peculiariter estis vocati & initiati. Varia hic suppetunt ad hanc rem monastica traditione institutа adminicula & præsidia: atque ob id maximè vobis metuendũ, ne si gradus hos per ignauiam vestram non conscenderitis, duriorem sitis experturi sententiam quam
Matth. 5. c. alij. Metuendum planè ne cum infideli illo seruo sitis iudicandi, qui concredita sibi pecunia defossa in terram, nullum retulit domino suo lucrum. Neq; tamen qui seculum incolunt, persuadere sibi debent his se gradibus conscendendis nõ esse destinatos aut vocatos: quinimo simul christiani õnes huc sunt vocati, quanquam nonnulli efficacioribus iuuentur subsidijs & gratijs ad perfectiora conscendendi quam alij: indubitatum tamen est huc vocatos pariter vniuersos: & prorsus neminem se posse excusare, quo minus in vno saltem gradu esse debeat horum trium, & contendere etiam debeat ad potiores, etiamsi conatui non succedat effectus.

Quòd

Quòd in vera se pœnitentia exercere debeat, quisquis fœlicem desiderat in virtutibus aut pia contemplatione progressum. Cap. 2.

AMEN dico vobis nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Hoc sermone dominus Iesus omneis compellans homines hortatur eos,& ad summam humilitatem & ad puram innocentiam. Has ẽ duas paruulorum conditiones habeat oportet,quisquis regnum cupit introire cœleste: primum vt innocuus & purus sit ab omni malitia, veluti infans qui malum ne cogitare quidem nouit: deinde vt humilis sit corde,sibi prorsus displicens, Deo autem omne bonum acceptum ferens. Hoc assequutũ esse,talemq; existere ingens est bonũ :& prima est exercitatio primusq; gradus ad viam Domini: videlicet si per veram de commissis pœnitentiam & contritionem teipsum expurges ac reuoces. Isthuc quippe cum primis necessarium est, vtpote quod cæteris omnibus præmitti debet: nimirũ vt se in primis prorsus emaculet ac purũ reddat, quisquis Domino dominantium in aliquo obse

Mat. 18. a

quio

quio placere desiderat. Vnde beatus ille baptista Iohannes, ijs qui ad meliora se recipere cupiebant acclamabat dicens. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Et dominus discipulos erudiens suos ante omnia pœnitentiã prædicare ac dicere iussit. Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum.

Lu.&.Mat. 3.b. Mar. 1.b.& Matt.4.c.

Nec aliud clamat per Ieremiã dominus, dũ ait: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas, hoc est mentes vestras expurgate ab omnibus vitijs, & ab omni prorsus cõ cupiscentia mundana, priusquã inserere incipiatis semina virtutum. Verum quoniã pauci syncerè vt oportet hanc pœnitentiã, hancq; mentis purificationem peragũt, hinc fit quod rari admodum feliciter in via virtutum promoueant: rari germanè pij sint, rari syncerè Deo deuoti, propterea videlicet q; solidum veræ pœnitentiæ fundamentũ nõ præstruant. Reperias nonnullos, qui cũ in sacro & arcto vitę genere cõplures exegerint annos, aridi tamen adhuc sint, & parum religiosi, imo & querãtur etiam se nec dum diuinam gratiam consecutos esse aut persensisse: at non intelligunt nec aduertunt eam huius rei esse causam, q; nunq; condignam egerint de præteritis pctis pœnitẽtiã, quę fortasse & imania fuere & multiplicia.

Ier. 4.a.

cia. Quare non iniuria vua cũ Daui. dicere habẽt, qui isiiusmodi personã prę ferens ait. Percussus sum vt fęnũ, & aruit cor meũ, qa oblitus sum comedere panẽ meũ. Panẽ inq̃ pœnitentiæ & veræ cõtritionis, quẽ quasi comedimus, quoties nostra crimina in memoriã reuocamus, eorumq; grauitatẽ, enormitatẽ, multitudinẽ & nocentiã diligenter trutinamus, comploramus, & emẽdamus, q; sanè pauciſſimi vti id deus exigit adimplẽt. Sic. n. nobis fere persuademus, abũde sat est si vtcuuq; resipiscamus ac detestemur nostra maleficia, si obiter cõfiteamur, si modicã penitentię satisfactionẽ subeamus, quæ cũ vix minimo aliquo vitio diluẽdo sufficiat, itatñ expurgamur, scilicet non secus atq; scabiosus quispiã, qui frigida abluitur aut pectit, nulla cõtacta scabiei radice. Vnde nihil mirũ si pauci reperiant vere religiosi, cũ õnino rariſſ. sint qui vel primũ norint gradũ cõscẽdere, quippe impie actę vitę pertęsi sua satis norint maleficia cõplorare, qui malorũ radices prauosq; animi affectus plene studeãt reuellere. Atq; ob id nihil illis pfuerit magno teneri desiderio ad degustandã suauitatẽ diuini amoris, aut ad dulciter cõplectendũ aię suæ sponsum, qui corda adhuc habent impura, & peccatorum spurcitijs cõtaminata. Psal. 101

Audi

Iesa.59.a. Audi quid nobis loquatur Iesaias. Ecce inquit non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestrę diuiserunt inter vos & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. Peccatum enim veluti nubes quædam est, de qua Ieremias. Opposuisti inquit nubem tibi, ne transeat oratio. Sed dixerit hic fortasse aliquis. An non igitur Deus noster misericors est, & paratus nobis remittere offensas q̃ties resipiscimus? An non idem per suum pollicitus est ꝓphetam, quòd quoties impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabitur? An non propalã ita canit psalmographus? Miserator & misericors dominus & patiens & multum misericors. Suauis dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. Extra controuersiam quidem hæc sunt: verum interim ea pœnitudo eaq; contritio, qua deus flectatur ad miserãdum, vera sit necesse est, nimirũ ex intimis cordis visceribus, & ex feruentissimo quodam erga Deum amore proficiscens: quo sanè affectu non ita passim imbuti sunt, vt sibi plæriq; persuadent: quum nonnulli qd'

Tre.3.e.

Eze.18.e.

Psal.144.

hac

hac hora plangunt ac deplorant, mox idem altera hora committant: alĩ etiam facile illacryment nec minus facile eueſtigio rurſus rideant: vt ex hoc facile conĩci poſſit, eum plãctum ſeu luctum haudquaquam ex intimis proficiſci cordis medullis: quemadmodum beatus teſtatur Bernardus de verbo loquens Chriſti. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Alios inquit lugentes video: ſed ſi de corde procederent illæ lachrymæ, nõ tã facile illico ſoluerentur in riſum. Nunc autem quũ abundantius ocioſa verba & ſcurrilia profluant quam prius lachrymę, lachrymas huiuſmodi de ijs eſſe non arbitror quibus conſolatio diuina promittitur: quandoquidem poſt illas non tam facile conſolatio vilis admittitur. Ad verum hũc luctum & plãctum & conſequendum & pariter conſeruandum non exiguo opus ſudore. Nec enim citra negocium fieri poteſt vt animus mundanus, totus voluptatibus & rebus fluxis deditus, verè lugeat aut triſtetur de rebus inuiſibilibus diuinis aut ſpiritualibus. Vnde non fruſtra ita apud Iohelem ſcribitur. Nunc ergo dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio & fletu & in planctu: & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.

Berna. Mar. ſ. a. Nõ ſũt hæc inſermone de omnibus ſanctis ſuper illud Videns Ieſus tur. vt autor indicare videtur: ſed in 4 ſer. de adue

Ioh. 2. e

Aduertendum præterea condonari quidem à Deo peccata per pœnitentiam & confessionem : sed tamen non semper plenè iuxta iustitiæ diuinæ exigentiam exolui & expiari. Condonatur enim nonnunquam peccatum quod ad ipsam attinet culpam: sed interim adhuc pœna quædam maleficio debita exigitur exoluenda. Ad hæc ita comparatum est, vt peccatum ex sua consuetudine hominem proniorem reddat ad idem aut etiam aliud diuersum peccatum perpetrandū: id quod in anima hominis turpe quoddam est vitium seu corruptela, quæ exinde magna debet industria, multisq; fletibus, ieiunijs & precibus expiari ac tolli. Quemadmodum enim mulier quæpiã præstanti forma, quæ deserto proprio marito, cum alieno scortata est, vnde sibi gallicam scabiem, lepram, aut aliquod aliud turpe vitium cõtraxit: si hæc tandem resipiscens ad virũ reuertatur priorem, & per instantes preces cũ illo rursus in gratiam redeat, non statim tã efficitur grata viro suo propter fœditatem illam ab adultero contractam, quam fuerat prius, & insuper indigna & inepta censetur quæ ad coniugaleis mariti sui admittatur ãplexus, donec à corporis sui fœditate seu morbo medicorum arte sit prorsus vindicata, siml-

Similc.

ta, similiter etiam, quemadmodum vir aliquis qui amicum offendit suum, eidemque graue quoddam in corpore aut facultatib. intulit damnum, facile interdum cũ illo redit in gratiam, & offensæ impetrat veniã, sed adhuc amicitia interim plenè non habetur restaurata, donec iusta fiat dati damni pensatio, ita quoque & dominus noster sæpenumero culpam quidem remittit, non tamen protinus etiam tollit omne debitum, & quicquid illud est, quod anima sibi per peccatum contraxit, sed pœnam adhuc exigit & mulctã qua anima perfectè expietur, priusquam ipsam in plenam amicitiam recipiat. Quinimo æquissimum omnino est (etiamsi nihil tale dominus exigeret) vt peccator vel pudore percitus aliquantisper sese subducat ab oculis diuinæ maiestatis: atque adeo indignum sese reputet, qui in numerũ recipiatur præcipuorum amicorum, quoad usq; per humilem pœnitentiam iuxta delictorum magnitudinem aliquo tẽporis spatio, domino vtcunq; satisfecerit, & se eidem reconciliarit. Quum Moses dominum interpellaret pro sorore sua Maria, quæ ob peccatum suum erat lepra percussa, & diceret. Deus obsecro sana eam, tale à domino tulit responsum. Si pater eius spuisset in faciem

Simile.

Nume. 12. d

illius, nonne debuerat saltem septē diebus rubore suffundi? Separetur septē diebus extra castra, & postea reuocabitur. Itaq; Maria non prius potuit absolutam cōsequi ve-
2.Reg.13.g. niā & sanitatem, quam septē fuisset diebus passa pudorem extra castra & çontuberniū eiecta totius populi. Consimilem typū prætulit & Absolon Dauidis filius, qui quū fratrem suum Ammon neci dedisset, & ob hoc in grauem indignationem incidisset patris, quū tandem interuentu amicorum paterna esset ira pacata, non tamen prius in ciuitatē potuit reuerti paternam Ieroſolymam, patre id prohibente, quam tres annos exilium & sui esset flagitij perpessus pudorē, absens oculis paternis. Eundem in modum nulli cōtingit ad consummatam peruenire virtutē & religionem, & ad absolutam Dei amicitiam, nisi qui prius diuinæ iustitiæ quatenus potuit satisfecit, & omneis præteritorum criminum maculas absterſit, cor suum quasi regium quoddam cubile, primum varijs piorum exercitiorum herbis exornans, deinde fragrantibus internarum virtutum vnguentis vngens: atque adeo etiā externa morum honestate excolens, quo vel sic cœlestem mereatur regem excipere. Sic enim mystica illa sponsa excoli cupiebat quæ dicebat,

cebat. Fulcite me floribus: stipate me malis, quia amore langueo. Tanquam si inquiat, Cãt.2.b.
Vtut ardenti flagrẽ amoris incendio: haudquaquam potest animi mei compleri desiderium, nisi spiritualium florum & malorũ sim redimitus ornamentis. Nouum enim & purum diuinæ gratię & dilectionis vinũ, non nisi in vtres mitti debet nouos, quemadmodum ipse in Euangelio testatur Chri- Mat.9.b.
stus. Hortatur autem nos ad perfectã hãc puritatem dominus, dum per Iesaiã ita ait. Iesa.1.e.
Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum, ab oculis meis. Quiescite agere peruersè, discite bene facere.
Hæc in genere dicta, vtpote ad promiscuũ christianorum vulgus pertinentia quisque accipere debet: scio enim nonnunquã magis expedire, præsertim ijs qui (tametsi maximi sint peccatores) abundantiori quodam diuinæ dilectionis & gratię dono prę-ueniuntur, si breuiori temporis spacio sui expurgationi vacent, ac deinde mox animum totum iuxta diuini fauoris raptum cõtemplationi dedant, toti vacaturi exercitio diuini amoris (nam prolixius contritionis & maximè timoris exercitium ipsis fortasse aut pernitiosum esset aut inutile: nempe dũ ingẽs adest diuinæ gratiæ redũdantia, &

multum efficax est sui mortificatio) ne videlicet internus ille diuini spiritus tractus & tã salutare spiritualis amoris studium aliquod patiantur impedimentum. Citra autem peculiare huiuscemodi donum, ex abrupto se dedere contemplationi planè stultum est & inutile, & sic pergere fœliciter est impossibile. Quum ergo vulgarem hic hominẽ instituendum susceperimus, primũ per pœnitentiæ iter eum erudiendum & ducendum duximus, certi hanc viam longè esse tutissimam, & omnibus christianis cum primis necessariam. In hac enim potissimum prisci illi patres se exercitarunt, magis studentes sua deplorare facinora, quã ardua cõtemplari.

Ad veram pœnitentiam longa & constanti opus esse cordis contritione. Cap. 3.

QVisquis ergo è scelerosa, mundana, & male sana vita desiderat emergere: & in nouam cupit vitam immutari, in primis firmum necesse est iaciat fundamentum veræ pœnitẽtiæ. Omnia enim sua commissa omissa inpietatem & ingratitudinem frequenti & diligenti studio debet ad memoriam reuocare, trutinare, complorare & detestari: idq; nõ vna hora aut die, sed longo temporis tractu, & validis prolixisq; conatibus, iuxta magnitudinem admissorũ.

Tetriora

Tetriora insuper flagitia in vnum veluti fascem colligare debet, eundemq; semper secum in sua gestare memoria, & versare ac reuersare ob oculos, atq; adeo omni ex parte dispicere ipsorum commissorum grauitatem, quamq; sint indigna & execranda oculis illis diuinæ maiestatis. Huc enim hortatur nos dominus per Isaiam dicens: Sume citharam, circumi ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Hoc est, fac tibi succurrant omnes cogitatus, sermones & opera, diligenter perlustratis omnibus cordis tui vicis ac plateis. Rationem ineas quam sit excelsus dominus, & rursus quam idem sit benignus, longanimis & exorabilis, quem contempseris, quam indigni, viles eoq; & contemnendissimus, qui talem dominum offēderimus, quam ingētia bona hoc ipso perdiderimus, quam atrocia supplicia, quamqúe intolerabilem damnationem commeruerimus: atq; hac ratione ad summam humilitatem, & ad vehementem animi te inducito mœstitudinem. Sic enim dominus per Isaiam omnē peccatorem hortat dicens. Descēde, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra. Etrursum per Iere. Humiliamini inquit, sedete, qm̄ descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ. Quid aūt aliud hisce nobis

Isa. 23. d.

Isa. 47. a.

Ierem. 13. a.

verbis datur intelligi, quam quod peccatori multa & longa opus sit in pœnitentia sui deiectione. Quandoquidem per sessionem in puluere, constantem accipimus humilitatem, & amaram peccatorum recordationẽ. Tanquam si dicat. Ad peccatorum tuorũ recordationẽ ac detestationũ teipsum prorsus deijcito, ac in sessionem quandam demittito, sedentaria quippe esse debet hæc pœnitudo. Quare longè abesse debet à religiosi cuiusuis animo, vt sibi persuadeat, breuem aliquam & perfunctoriã pœnitudinem grauioribus abolendis flagitijs abũde posse sufficere. Neq; enim hoc vlla tradit scriptura, aut vetera patrum monumenta. Quinimo

Psa. 6. Dauid de seipso loquens, Lauabo inquit per singulas noctes lectum meum. lacrymis

Psa. 50. meis stratum meum rigabo. Rursus idẽ alibi. Iniquitatem inquit meã ego cognosco: & peccatum meũ contra me est semper. Et

Au. li. de. ve & fal. pe. c. 13. parte. 10. Augustinus libro de vera & falsa pœnitentia, ait. Pœnitens ex fide pœniteat, credat hanc esse medicinã: omnes fructus suæ pœnitentiæ paruos habeat, nunquam credat sufficere: semper doleat: semper corã domino, ante quem peccauit erubescat: dolorẽ cũ vita finiat: O quot reperiuntur tã in mundo quã etiam in monachatu, qui nunquã verã

atq;

atq; absolutam pœnitentiam agunt: id qd liquido deprehendere licet ex ipsorum imperfecta, oscitabunda, & parum mortificata vita. Sæpe enim, & ad leuissimam occasionem in enormia vitia relabuntur: & post actam pœnitentiam tam sese deprehendũt imbecillos & á religione alienos, quam fuerant prius. Quod dubio procul non se ita haberet, si suam impietatem detestarentur ex animo, aut si ad iustum spatium in ea detestatione sese exercitarent, nempe donec prorsus essent in animo reconcinnati & expurgati: aut si tantisper compungerentur se seq; affligerent, donec in se firmatum cernerent & constantem mundi huius omnisque impietatis contemptum, & syncerum erga virtutem omnem affectum. Verumpleriscq; eadem est natura, quam candelis inesse cernimus, quæ tametsi flamma priuentur dum extinguntur, non tamen protinus etiam feruorem & calorem amittunt, sed his manentibus ad modicum flatum rursus inflammãtur. Simile quid deprehendas & in febricitanribus: qui dum primum à febribus curati sunt, multum adhuc in se infirmitatis retinent, qui etiam nisi magna sese cura obseruent, facile in morbum relabuntur. Et rursus in ijs qui hortos colunt: qui si superficie

tenus

tenus tantum lolia radant, non perinde diu hortos suos mundos cernent. Sed si accuratè & diu mundos eos cupiunt, non summas zizaniorum herbas modo, sed radices ipsas reuellant necesse est.

Quòd exercitium pœnitentiæ cõmodissimum sit remedium tum ad arcendos prauos affectus, tum ad assequendum perfectionem. Cap. 4.

VT autem nouus, inchoans, & imperfectus adhuc homo, melius se huic exercitio pœnitentiæ tradere possit, & suorum admissorum expiationi, non ignorare debet (quemadmodum in superioribus nonnihil attigimus) pœnitentiam hanc triplicem adferre fructum. Primo per hanc cõsequimur præteritorum peccatorum condonationem: secundo inditæ à natura, seu per sceleratam vitam contractæ labis seu infirmitatis abolitionem: quæ labes alioqui in homine malum seu vitium quoddam est natiuum & hæreditarium: tertio subsidium & opem tum ad fœliciter promouendũ in virtutibus, tum ad obtinendam diuini spiritus gratiam. Hac de re dominus noster loquebatur, quum dicebat. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Itaq; de multis legimus sanctis, qui aliquando sceleratissimi

Mat. 5. a.

simi fuere peccatores, quemadmodũ post suam conuersionem, postq; obtentam criminum remissionem, toto vitæ suæ tẽpore statis quibusdam horis memoriam sibi refricarint veterum suorum delictorum, eademq; non secus deplorarint, ac si nunquam fuissẽt condonata. Liquet hoc de Dauid, Petro, Maria Magdalena, Maria Aegyptiaca, qs tota legimus vita certis temporibus planxisse sua peccata. Qui etiam tali tristitia omne condiebant gaudinm, quod illis siue intus siue foris poterat obuenire, nõ secus quã sale condiri consueuerunt cibaria plus iusto dulcia, quò vel sic reddantur sapidiora & naturæ accommodatiora. Ad hæc quẽadmodum salis natura bonam & recẽtem escam á putore vindicat & corruptiõe, ita anima hominis quæ sedulo in deplorandis commissis sese exercitat, à multis vindicatur tentationibus, prauis affectibus, & mundi & carnis, & diaboli illecebris. Videmus.n. tristitia & mœstitudine affectũ hoiẽm obcasum aliquẽ aut cruciatũ, aut morbũ, aut metum mundanũ nõ facile posse exhilarari cibo aut potu, aut alijs quibusuis mũdi huius oblectamentis: quinimo contra videmns, quibus prius capiebat, eadẽ ei iã neutiquã libere: qd' ipm multo magis vsuuenit in merore spũali pœnitentiæ. Quis-

Quisquis ergo huic tam salubri exercitio assueuerit, haud facile huius mundi capietur honoribus, non carnis seducetur illecebris, non Satanæ peruincetur solicitationibus. Sed neq; sæculi huius applausus magnopere eiuscemodi mouere valent, quandoquidem nec aurem illis accommodat, nec aliud æstimat quam inanem quendam aeris flatũ. Præterea quisquis impietatem suam frequẽti trutina expendit, deflet, & veniam promereri satagit, haud facile semetipsum alijs præferret, vtpote qui continuo suam imperfectionem ob oculos versat, quæ sanè res ipsum vehementer deijcit. Sed nec facile crudelis erit, aut iracundia cõcitabitur erga proximum, maxime quum sit non immemor se multo plura commisisse in Deum, quã vel possit aliquis mortalium in ipsum. Proinde quisquis per veram pœnitentiam conatur promereri indulgentiam, facile hinc discet quemadmodum ipse placidus, exorabilis, longanimis & benignus esse debeat erga proximum. Atq; ita de omnibus alijs posset doceri vitijs, quod facile arceantur per salutaris pœnitentiæ exercitium, & insuper quod hinc virtus omnis suũ sumat exordiũ. Ex q̃bus etiam manifestum fit, hoc exercitiũ nõ modo conferre ad impetrandam veniã, &

condo-

condonationem peccatorum, verumetiam ad reuincendos omneis prauos naturæ affectus & motus, & ad animam hominis pœnitus defecandam. Videmus cotidie, quum quis hortum ſuum à nocẽtibus herbis & radicibus cupit eſſe repurgatum, quod ĩgne telluri ſuperſtructo incendio eas exurat, aut ſalſo liquore terram illam ſubinde perfundat, atq; ita infœlix omne lolium exareſcere & interire facit. Ita quoque & hic ſeſe res habet. Non alias efficacius tuam ipſius prauitatem, nocenteſq; animi motus profligaueris & peremeris, quam per ardentem cõpunctionem, per aquas lachrymarũ, & per cæterorum operum ad pœnitentiam pertinentium acrimoniam.

Quòd pœnitens ſuper omnia curare debeat, vt verè couteratur, & ex intimo cordis affectu de peccatis ſuis doleat. Ca. 1.

EX his iam fere intelligi datur pœnitentiam accipi bifariam: vno modo pro virtute, nempe pro pio quodam exercitio, per quod homo ſua contemplans cõmiſſa pericula & defectus, ſeipſum excitat ad ſpiritualem triſtitiam, humilitatem, tolerantiam, & ad reliquas virtutes: altero modo pro vno ſacramentorum eccleſiaſticorũ à Chriſto inſtituto, omnibus neceſſario, qui poſt baptiſmũ in aliquod prolapſi ſunt lœtale

tale peccatum. Sub hac acceptione, constat pœnitentia tribus partibus, nempe contritione, confessione, satisfactione. Quæ tria necessaria sunt omnibus peccato aliquo mortali obnoxijs, si modo peruenire tandē cupiunt ad regnū cœleste. Quoniā autē perpauci sunt adultæ ętatis, qui nunquā peccarunt letaliter, sed ōnes fere peccatores aut sunt, aut certe aliquando fuerunt, operęprecium me facturum existimaui, si hic de pœnitētia ea quæ sacramentū est, fusius aliquid edisseram, idq; iuxta tres ipsius partes: quarū prima atq; adeo præcipua est vera contritio, seu syncerus de commissis dolor. Nā quēad modū fides præstantissimū est in baptismate, ita contritio præcipuā rei partē continet in pœnitentia. Quisquis ergo verā velit agere pœnitentiam, āte omnia curare debet, vt synceram habeat de commissis contritionem. Qnæ quoniam hodie perpaucis curæ est, timendū est perpaucos item esse, qui verè consequantur suorum criminum remissionem. Maxima .n. peccantium pars longè amplius solicita est, vt recte sua crimina cōfiteatur ore apud sacerdotem, quā vt ea per veram cordis compunctionē defleat apud Deum. Rari quippe sunt qui sufficientē adhibent diligentiam ad veram habendā cordis

dis contritionem: cum tamen hoc ipsum sit maximè necessarium, efficax & factu difficilimum: etiamsi nonnullis videatur confessionē rem esse difficiliorem, propterea qd' cō plures grauissimam pœnam subire vellēt, si citra cōfessionē veniā consequi possent. Verū re ipa longè maioris negotij est, vero affici cordis dolore. Longè.n. difficilius est mētem hoīs immutare, ita vt prius placētia iā fiant displicentia, & displicentia fiant placētia, quam propria cōmissa apud sacerdotē per oris cōfessionē enumerare. Atq; hac de causa olim in nascētis Eccliæ primordijs, cū diuina sacramēta longe syncerius & religiosius susciperentur & tractarētur, summa per episcopos & sacerdotes adhiberi diligētia consueuit ad excitandā in animis peccatorū veram de commissis cōtritionē: neq; q̄squā magnis flagitijs obnoxius etiam bene cōfessus absoluebatur, nisi dū euidentia aut certe probabilia cernebantur contriti animi indicia. Pœnitentia iniungebatur admodum seuera, & nonnunquam etiam publica: quæ etiam longo temporis tractu exerceri habebat priusquam pœnitens absolueretur, aut ad sacrā admitteret cōmunionē: idq; iuxta doctrinā apost. Pau, ita suo discipulo scribētis. Manus cito nemini īposueris, neq; cōmunicaueris 1. Tim. 5

nicaueris peccatis alienis. Graue quidem erat tum pœnitentiam subire, & tamen haud paulo plures tum verè pœnitebant, quam hac tempestate nostra, quando & religio adeo deferbuit, & humilitas adeo decreuit, vt non nisi leuissimè peccator tractari possit, alioqui nec acturus pœnitentiam, nec omnino confessurus. Vnde beatus Ambrosius seuerum proferens verbum. Facilius inquit inueni, qui seruauerint innocentiam (viuendo videlicet sine crimine mortali) quam qui congruè egerint pœnitentiam. Quod intelligi debet de absolutissima illa & perfectissima pœnitentia, qua & culpa pariter & pœna aboletur: & qua homo non modo cõ donationem acquirit admissorum, verum etiam perfectam consequitur ab omni labe ac deformitate per peccatum contracta expiationem, ita vt iam tam sit purus quam erat post susceptum baptisma, nullam iam prorsus habens maculam aut rugam.

Amb. li. 2. de pœni. c. 10. & de pœ. di 3. Reperiuntur.

Quemadmodum pœnitens temporis opportunitatem ad hoc quęrens conari debeat, vt sua crimina, suam prauitatem, suamq; turpitudinem per similitudines quasdam intelligere possit. Ca. 9.

VT iam de prima ac præcipua pœnitẽtiæ parte, nempe de vera cordis contritione agamus, & rationem tradamus, qua

qua eam quis consequi possit, primo sciendum, quisquis synceram assequi cupit peccatorum suorum aut impiè transactæ vitæ cõtritionem, ante omnia congruum ad hoc tẽpus venari debet, & summo studio maleficia sua expendere & perscrutari, quo sic intelligere possit, quæ in ipsis sita est, prauitatem, impietatem, iniustitiam ac stultitiam: ad hæc etiam quæ ex ipsis aut sibi aut alijs obuenerunt, pudorem & dispendium, vt sic tandem cum diuino adiutorio ad verã peruenia t suorum criminum notitiam, odiũ, ac detestationem: à quibus plericq; quam lõgissimè absunt. Nimirum quoniã stupidi sunt atq; indocti, hæc ipsa assequi haudquaquã valent. Norunt quidẽ & certo credunt scortationem esse graue peccatum, & peccatum letale: at quam ob causam eiusmodi vitium tam sit graue, & qua in re fœditas ipsa atq; impietas sita sit intelligere haud possunt. Quam ob rem in veteri legimus testamento, quemadmodum Dominus per prophetas suos volens stupido illi populo Israelitico suorum criminum insinuare & ob oculos ponere enormitatem, per parabolas loquebatur, & similitudines ei ingerebat earũ rerum, quæ hic geruntur in mundo, & quas quisq; facile intelligit palam esse impias &

execrandas: sicuti hoc ipsum speciatim facit
Eze.16.a. per prophetã Ezechielem cap. ipsius xxiij. & rursus capite xvi. vbi ita per prophetam compellat dicens. Fili hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas: hoc est intelligere eam doce suorum maleficiorum obscenitatem atque impietatem. Atq; hic protinus congrua adducta similitudine, seipsum comparat viro, populum autem Ierosolymitanum mulieri, sicque allegoricos omnia sua enumerat, quę populo illi exhibuerat ab exordio quo sibi eum præ cæteris gentibus peculiariter elegerat beneficia, in memoriã illi reducens, quomodo ipsum abiectum susceptisset, educasset, sibiq; tandem amicitiæ vinculo copulasset. Si enim vir quispiã præ diues, in campo forte offenderet infantulam à matre abiectam, recens iam editam, necdũ lotam, necdum fasciis alligatam, sed nudã, & maternis adhuc sordibus horridam, eandemq; sibi assumeret, emundaret, & educaret, ac tandem adultam sponsam acciperet, deinde etiam varijs ac pretiosis ornamentis excoleret: ac demum ex eadem etiam liberos susciperet, illa vero tandem horum omnium immemor, & de tantis viri sui beneficijs ingrata, & infidelis effecta viro suo publicam sese meretricem prostitueret, donis

quoque

quoque à marito acceptis ad explendas concupiscentias abuteretur, & insuper prioris mariti liberos in ipsius ignominiam trucidaret, aut flammis exurendos traderet: esset sanè hæc peruersitas intolerabilis, & super omnia quæ in hoc mundo designari possũt fœditas horrida, atqua execranda, & tamen longè adhuc est scelus abominabilius, grauius ac detestabilius, dum mortalis quispiã, qui à Deo ex nihilo creatus est, & insuper singulari quodam fauore ab eodẽ ad christi animum accitus est, multis præterea præclaris dotibus ac gratijs tam corporis quam animæ cumulatus: & præter hæc omnia ad æternam gloriam vocatus, vilipensis his omnibus diuinæ renunciat amicitiæ, & per amorem creaturarum, omnibus beneficijs ac donis in subsidium amplectendæ virtutis acquirendæque salutis concessis abutitur ad explenda peccata.

Simili consilio vsus est etiam Dominus Regi Dauidi sui facinoris atrocitatem insinuare volens, dum videlicet per Natham prophetam sententiam ferri ab ipso Rege exegit in hominem quendam quem obnoxium finxit iniquissimo flagitio. 2. Re. 12. a.

Ad hunc modum & multis aliis diuinæ scri
pturæ locis sua peccatoribus ingeruntur fla
gitia, nempe per eas similitudines, quib. effi
cacius intelligi possit ipsorum criminũ gra
uitas, enormitas & dispendium: idq; propte
rea quòd alioqui in intelligendis æstiman-
disquẽ propriis vitiis quisq; fere sit lusciо-
sus, aut quòd per superbiam ea intelligere
nolit. Id enim veluti hereditario nobis iure
ab Adam & Heua primis humani generis
parentibus relictum est, vt malum nostrum
nec intelligere velimus nec agnoscere: quẽ-
Gen. 3. c. admodum Adam a data sibi cõsorte se cau
sabatur deceptum. Mulier inquiens quã de-
disti mihi sociam dedit mihi de ligno: & co
medi: tanquam si deceret: Domine non tã
mea culpa est quam tua, vt qui talem mihi
dederis vxorem, quæ huc me adegit. Muli-
Ibidem. er item, Serpens inquiebat decepit me, &
comedi. Ita fere faciunt quotquot sunt pec
catores. Excusationes quæritant in fragilita
te suæ in qua nati sunt naturæ, ita dicentes:
Peccare humanum est: quotquot sumus, ho
mines sumus, & ad multa vitia proni. Tales
nos finxit Deus: quomodo ergo id corrige-
re queam? Tam imbecillum me sentio, vt
imperare mihi omnino non possim. Hęc est
primi parentis excusatio. Alij vero cum He
ua sese

ua sese excusantes per serpentē sese causantur decipi: hoc est vi tentationis diabolicæ sese vinçi dicunt. Itaque istis & alijs multis similibus rationibus ad excusanda & tegenda sua maleficia quisque semper pronior est quam ad intelligenda & agnoscenda.

De eo quod primo omnium expendi debet in omni peccato: nempe de diuinæ maiestatis dignitate & celsitudine. Cap. 7.

QVando non perinde procliue est omnibus veram consequi peccatorū notitiam & contritionem, illis quidē ob defectum capacitatis, nempe qd' bruti sint, & ad intelligenda spiritualia parum idonei: istis vero ob magnam ignauiam, nēpe quòd sese sedulo non accommodant ad serio expendenda sua commissa, ad æquis lancibus trutinandam & suam vilitatē paruitatemque, & ex aduerso Dei sublimitatē, incomprehensam perfectionem & bonitatem, necessarium mihi videtur, vt hic breuem aliquem modum tradamus, per quem quisque huc possit accedere. In primis ergo vt cœcos ad lumen, & obstinatos indurato sque reuocemus ad cordis molliciem, sciendum duo esse in omni peccato, quæ maximè sunt ponderanda, & iuxta hęc duo du-

pliciter Deum in omni peccato offendi. Prius est, auersio â Deo, qui est perpetuum & summum bonum, a quo bonum omne nobis promanat. Posterius est conuersio ad bonum fluxum & terrenum, ob quod Deũ ipsum deserimus. De vtroq; loquens Domi

Ierem. 2. c. nus ita per Ieremiam lamentatur. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerũt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Hoc est, me deseruerunt qui ipsos perpetuo possum exaturare, & pro me vanas commutant mundi huius consolatiunculas, quę diu hominem comitari nequeunt, quippe quæ momentaneæ sunt arq; incertæ. Auersio a Deo & summo bono, magnam in se continet superbiam. Itaque quisquis peccat, seipsum erigit aduersus Deum, suamq; voluntatem præfert voluntati diuinæ: atque ita opere ipso tantum malum committit, ac si ita procaciter Deum compellaret. Cupis vt hæc atq; illa ita impleam? Haud quaquam equidem ea sum facturus: sed id exequar, quod meo fuerit visum arbitrio: neq; enim te magnifacio, nec te indigeo. Hunc ecce ō-nipotentis Dei contemptum summopere necesse est ponderemus, & vna cũ prophe-

Ierem. 2. c. ta exclamemus. Populus meus mutauit glo-

riam su-

riam ſuam in idolum. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, tanquam ſi dicat. Audi & inhorreſce ô terra, inhorreſce ô cœlum tantã in terrenis vermiculis ſuperbiam, qui nihil verentur tantam contemnere maieſtatem, id qđ nonnunq̃ ſine vllo faciunt timore, pudore, & metu. Imo nonnunq̃ etiam lætãtur & gloriantur in hac ſua peruerſitate. Quam ob rẽ ô peccator quiſquis es in tuis ſceleribus obcœcatus aperi oculos tuos, expergiſcere paulíſper a tuo iſto diabolico ſomno: tecum reputa & contemplare quemnam quum peccares auerſatus ſis. Ipſe eſt benignus ille munificus ac præpotens dominus, per quem & a quo tibi quicquid habes boni profluxit, ſine cuius ope mox eras redigendus in nihilũ ſicuti ex nihilo ab ipſo conditus es. Ipſe eſt ſummum illud bonũ, quo ſine nulli vnquã poteſt eſſe bene, & qui cum nulli poteſt eſſe male. Ipſe eſt æterna & vnica animarum ſalus. O ſi quis ipĩus ſublimitatẽ dignè recogitaret, mox haud dubiè añ illum inhorreſceret, vtpote cuius ſanctitas & maieſtas oẽm exuperet creaturã. Vñ per ꝓphe. ita de ſe ipſe ꝓnunciat. In memetipo iuraui: egredietˉ de ore meo iuſtitiꝫ verbũ, & nõ reuertetˉ, qa mihi curuabitur omne genu, & iurabit (ſiue confitebitur) omnis lingua. Iesa. 45. d. & Ro. 14. b.

Porro de ipsius sanctitate ita scriptum est. Quoniam sanctus dominus deus noster. Et rursus: Rectus dominus deus noster, & non
Psa.98.91.44 est iniquitas in eo. Item dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quoniam autem ipsius bonitas & sanctitas nullum omnino habent finem, neq; mensuram, ideo iustè sine fine abijci, contemni & æterna gehenna damnari meretur, quisquis talem contemnit. Hinc enim peccatum suam habet grauitatem, qd tantus sit Dominus qui in peccato ipso contemnitur. Hæc intelligere, secum reputare, & expendere debet, quisquis ad veram admissorum suorum notitiam atq; contritionem cupit peruenire. Insuper & rationem inire debet, quam horrendum & detestandum vitium sit superbia, qua miser & calamitosus homuncio quauis arundine fragilior, vilis vt lutum vnde cõditus est, huic mũ
Iob.14.a. do nascens veluti flosculus vnius noctis, de repente euanescens & fugiens velut vmbra nunquam in eodem statu permanens, sed vsque tendens ad interitum, contemnere audet potentissimum illum dominum, cui cœlum sedes est, terra autem scabellum pedum
Iesa 66.a. Act 7.f. Isa.40.d. eius. qui pugillo continet molem vniuersæ terræ: ante cuius oculos, omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihilũ

&

& inane reputatæ sunt ei : quem vniuersus adorat exercitus angelorum, ante quem cõtremiscunt vel supremi illi spiritus cherubin & seraphin.

De eo, de quo secundo loco peccator peculiariter erubescere debet & dolere. Cap. 8.

SEcundo loco in omni peccato considerari debet conuersio ad creaturam, seu bonum aliquod temporale siue transitorium. Nemo enim à Deo sese auertit, nisi ex desiderio & amore rei cuiuspiam quam extra & infra Deum quærit. At hoc ipsum magna est insipientia, dispendium, dedecus & probrum, rationabili creaturæ. Magna est inquam insipientia, magnum damnum atq; dispendium præligere res creatas creatori, cõmutare perpetua bona momentaneis, maxima minimis, infima summis. Vnde non ineptè peccator quisq; Iudæ iniquo Christi proditori comparatur, qui exigui lucri gratia, regem vendidit ac prodidit perẽnis glorię, totamqùe suam partem abdicauit, quam habebat in fœlicitate illa cœlesti, vbi vna cum apostolis sessurus erat in gloria perenni. Ad hunc modum & letaliter peccans pro bono aliquo transitorio hæreditatẽ distrahit perpetuam & omnium preciosissimam, quã sacri baptismatis acceperat beneficio, possidẽ dam in

dam in ineffabili illo gaudio gloriæ cœlestis. Qui mercatus tã est stultus & indignus, vt omnino mirum sit & plusquam mirum, creaturam aliquam ratione vtentem huc adduci posse. Nam talis citra controuersiam, vel ipsis pecudibus stolidior est. Pleraq; enim bruta animantia reperias, quæ non nisi ægrè á suis magistris & altoribus diuellas: quæ & acceptorum beneficiorum & benefactorum esse memores norunt. Quare nõ iniuria ita per Iesaiam dominus inclamat. Audite cœli, auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit: & populus me non intellexit. Væ genti peccatrici. Hæc duo necesse est peccator solicitè expendat: nimirum & quid contemnat, & quid præ illo eligat in maximũ suum malũ & dedecus. Quandoquidem Deus ipse bonum est omnium incundissimum, perpetuum, præstantissimum: in quo comprehenditur omnis venustas, omne gaudium, omne desiderabile, omnis nobilitas, omnis potentia, omnis sapientia, quæ in aliqua deprehendi possunt creatura: imo incomparabiliter excellentius, quam in ipsis creaturis possint esse. Quã

Esa. 1. a.

ob

ob rẽ quiſquis Deum contẽnit ob bonũ aliquod temporale, & Deo magnam infert iniuriã,& ſeſe magno afficit dãno atq; dedecore. Veluti ſi ꝑpotentis alicuius regis ſponſa ſeu vxor mariti ſui gloriã relinquens ad nebulonem procurreret,qui nec generoſus eſſet,nec opulentus,nec forma præſtans:nihilque vereretur, ne in præſentia quidẽ regis ſuas cũ perdito illo explere cõcupiſcentias: rationẽ ineas quã illa rẽ ꝑſus indignam patraret,tunc; etiã tecũ reputa tnũ cõmiſſum haud paulo eſſe indignius & iniurioſius, nã oẽ peccatũ ante oculos cõmittit̃ diuinę maieſtatis: vbiq; preſentis. Quæ tametſi nec loquatur,nec illico peccatum vlciſcatur, non tamẽ eo minus id contuetur, hoc ipſum etiam iniquitatem omnem ſummopere aggrauat,quemadmodum id rectè expẽdebat, & ponderabat propheta Dauid, dũ reſipiſcẽs ita in pſalmo illo Miſerere aiebat. Tibi ſoli peccaui,& malum corã te feci:hoc eſt, tam obſcœnã illã meã iniqtatem ô dñe nihil veritus ſum perpetrare oculis illis cõtuẽtibus, qui nihil nõ vident. Tã ſceleſtũ.n. pctõrem vix vſquam reperias, qui quiduis auderet ante mortalem hoiẽm: ſed nec ſcortum vllum inuenias adeo impudens,quod nihil vereret̃ ſuam impudicitiã exercere publicitus: Pſal.50

at

at vero ante oculos Dei, qui lucidiores sunt oculis omnium creaturarum, nullam habet peccator pudoris rationem.

Quemadmodum quæuis exercitia trahi possint ad promouendam cordis compunctionem, maximè diuinorum donorum recordatio. Cap. 9.

VT autẽ efficacius quisq; excitetur ad veram criminum suorum contritionem, quodlibet ad hoc poterit accõmodare exercitium: Quandoquidẽ siue Dominicam quis meditetur passionem, siue sua contempletur vitam, siue diuina rememoret beneficia, siue cœlestem contempletur patriam, siue cogitet gehennam, siue aliud quid quod occurrere potest, ponat ob oculos, semper & vbiq; q̃rere & iuenire potest argumẽta atq; occasiões deplorãdi sua maleficia, augendiq; de ipsis contritionem. Nã si quid cogitet, audiat aut legat de perpetua illa gehenna, ita poterit secum reputare. Heu mi domine Deus, illam ego ipsam iamdudum merui: idque iustius quam pleriq́e eorum qui iam ea dãnati sunt. Quin etiam prorsum adhuc incertus sum, an illam queam tandem subterfugere, an condigna potero affici contritione atq; pœnitudine, an

an potero adipiſci indulgentiam. Item ſi cogites perpetuam fœlicitatem, ita gemendo poteris dicere aut cogitare. Heu quam ſum ego iam procul ab illa elõgatus, quam ego fœlicitatem illam, & beatiſſimum ſanctorũ contubernium parui ęſtimaui, qui memet in omne flagitiorum genus tam contemptim dedi præcipitem. Heu me: quidnam ſum actturus, ſi me vſquam mors inexpectata corripiat, priuſquam veram habuero contritionem, dignamqùe peregero pro peccatis meis pœnitentiam? Quam foret intolerabile, atq; terribile, ad ſeuerum illud tribunal accedere, ibiq; duram increpationem audire, ac vltimam illam excipere ſententiam, quæ animam ſimul & corpus penetratura eſt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Matt. 25. d

Conſimiliter ſi pulchritudinem aſpicias creaturarum, aut ſi ipſarum vtaris commoditate, ſic poteris tecum reputare aut dicere, O conditor omnium creaturarum Deus, quam ſum ego indignus, qui in meum commodũ his vtar creaturis: quam ſum indignus ipſo pane quo veſcor, aere quo ſpiro, deniq; terra ipſa quam calco: qui tam incontanter cõtempſi omnium creaturarum dominum & conditorem Deum. Quam fui ipſe iniquus dum mihi obſequium exhiberi paſſus ſum a re

re aliqua creata, qui tibi obsequi noluerim rerum omnium creatori. Agnosco sanè omneis simul creaturas æquissimo iure in me posse insurgere, vt in me vlciscantur suo conditori illatam iniuriam. Omnino iustissimè aqua me poterat demergere, terra deglubere, aer suffocare, ignis exurere, quemadmodum scriptum est, in nouissimo illo iudicij die armandam in vltionem inimicorum Dei oēm creaturam, depugnaturumq; vniuersum terrarum orbem contra insensatos. Itaq; istis atq; alijs modis in quis etiam negotio poterit sese peccator ad cōpunctionem & ad cordis excitare molliciē, potissimū si diuina recogitet, tā corporalia quā spūalia sibi collata siue per naturā siue per grām bñficia, q̄lia sunt corporis salubritas, robur, ingenij præstantia, subsidium & prudens cōsilium amicorū ad exigendum commodum aliquod genus probæ vitæ.

Sap. 5. d. Ibidem.

Quō peccator per recordationē dominicæ passionis peruenire possit ad cordis contritionem. Ca. 10.

SVper omnia autē studebit peccator frequentius rememorare summam illā gratiam redemptionis humani generis, ineffabilem illum Dei erga nos miseros ac deploratos Adæ filios amorē, quo sic semetipsum

sum demisit, vt conditionis nr̃æ molestissimas miserias nõ dubitauerit suscipere, multis ac grauibus laboribus, improperijs, egestati, crudelissimo deniq; mortis supplicio, sese voluerit exponere. Recogitabit insup, quòd per gratuitam quandam diuini fauoris gratiam in hoc peculiariter electus, atq; vocatus sit, vt per fidem christianam huius fieret redemptionis particeps, alijs multis tam retroacto tempore quam sua ipsius ætate, in sua perfidia, & in suis impijs sectis, derelictis. Expendet præterea, quam indignè se erga redemptorem suum gesserit: quam ingratus eidem fuerit, dum non totum suum cor in illum trãsfudit, qui per immensum amorem semetipsum totum nobis impendit, atque exhausit: sed contra re vera hunc ipsum suis sceleribus ludibrio habuit: rursus quod in se fuit crucifixit: & preciosum Christi sanguinem fudit, contempsit, & conculcauit, sicuti de peccatoribus scribens beatus Paulus ait. Rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes. In istiusmodi autem cogitatibus seipsum studebit excitare ad feruida lamenta, & deuotas preces, easq; flagrantes, sed breues interim, ne sibi plus iusto sit molestus, maxime si caput sit cerebro parum firmo. Heb. 6. b.

Oculos

Oculos suos subinde in Dominicam crucẽ attollet, secum reputans quãta Christus pertulerit abolendorum criminum gratia, quo diuinæ iustitiæ faceret satis: quandoquidẽ non conueniebat vt peccatũ remaneret inultum, quanquam id Deo haud fuit impossibile. Hinc etiã cogitabit quid peccator sui ipsius gratia facere debeat, cum tanta pro nobis citra suam culpam & meritum sustinuerit Deus, illorum memor verborũ, quæ Christus Ieroſolymitanis protulit mulieribus ligno onustus crucis. Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros, & c. quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Hæc meditandi ratio de Dei erga nos amore, benignitate, maieſtate, & potentia, omniũ eſt optima, commodiſſima & breuiſſima perueniendi ad notitiam & contritionem noſtrorum facinorum, propterea quòd criminum grauitas ex ipſa potiſſimum proficiſcatur Dei maieſtate ac bonitate, quæ in ipſis contemnitur.

Luc. 23. d.

Quantum damni atq; diſpendij ex peccato homini obueniat. Cap. II.

AT vero quãdo mortales diuerſo ſunt ingenio atq; conditione, quòd hunc cernamus non niſi terroribus excitari, illum

illum contra magis blanditijs reduci: rursus hunc esse tardiori ingenio ad capienda diuina seu spiritualia, illum contra fœliciori, necesse est, ea sibi quisq; media quærat, quę maximè sibi cognouerit ad peccatorum suorũ cognitionem, detestationem, & contritionẽ accommoda. Vt si quem forte stupidiori ingenio parum mouere potest recordatio diuinæ dignitatis siue dilectionis, quam ipse in suis sceleribus contempsit, aliud aliquod medium experiatur necesse est. Maximè autem huiusmodi rationem inire poterit, quãtum sibi conciliarit damni, dedecoris, periculorum & suppliciorum, quæ ipsi ex peccatis aut obuenerunt aut obuenire possunt, cogitando in primis quod peccatum hominẽ reddat prorsus vilem, & multa eidem adferat mala, quorum primum atq; præcipuum est, quòd peccatorem reddat Deo exosum, & iam maledictum à consortio secludat omnium sanctorum. Quod autem Deus peccatum habeat maximè exosum passim testãtur sacræ literæ. Vnde Dauid. Odisti inquit omneis qui operantur iniquitatem. Et: Maledicti quideclinant à mandatis tuis. Quam autem Deo peccatum displiceat hinc manifestum fit, quòd nunquam habuerit tam dilectum amicum, nullam tam nobilem creaPsal. 5. psa. 118.

turam, quam non abiecerit post cõmissum peccatum. Quemadmodum aperte demonstratum est in primis in Lucifero, angelo longè pulcherrimo, & excellentissimo, cui neutiquam pepercit, sed propter vnicum arrogantiæ crimen a cõspectu suo è cœlesti gloria in baratri abyssum citra omnem spem recuperandæ veniæ, ipsum vna cum infœlici grege suo abiecit. Principes itẽ humani generis Adam atq; Heuam ob vnius inobedientiæ perpetratum ab ipsis in paradiso crimen, illinc vna cum vniuersa sua posteritate profligati sunt. Quinimo vltra omnẽ formidabilem in peccatores in hoc mundo animaduersionem, supplicium adhuc parauit futurum, nimirum æternum illud tormentum gehennæ ignis. O homo quisquis es in tuis flagitijs induratus, vel illud succurrat animo nonnunquam, quam sit horrendũ incidere in manus Dei viuentis. Succurrat vel propheticum illud. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? O cor sceleſtum cogita & rememora horrẽdum illum domini diem, quando filius hominis Christus IESVS proditurus est severus iudex, quem modo paruifacis aut etiã vilipendis, quando idem conspicietur cum pote-

2. Pet. 2. a

Heb. 10. f.
Ies. 33. c.

potestate magna & maiestate, quaudo angelici illum comitabuntur spiritus, horrendo tubarum tonitru omneis tam viuos quã mortuos ad seuerum citantes & cogentes iudicium: quando ignis in conspectu eius ex ardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Heu, tecum reputa, quo sis tunc animo futurus, quando nusquam patebit subtracti oni aut occultationi locus. Quantus horror quanta te tunc percellet anxietas? Heu, væ, væ, quid tum acturi sunt infœliciſſimi peccatores, qui modo cum tanta securitate suæ sequuntur voluntatis libidinem, Dei mandatis contemptis, quando exactiſſimam iubebuntur reddere rationem omnium, a minimo sermone ocioso, quem aliquando effutierunt, ad grauiſſimum vsque scelus, qd' aliquando perpetrarunt: quando extremum exercebitur ius, nulla data remissione? Quã angustiato, qnam mœsto tum erunt pectore quum id fiet quod habet scriptura. Erubescant impij, & deducantur in infernum. Et Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Heu quantus tunc fletus protinus subsequetur post modicam hanc & momentaneam lætitiam, isq; perpetuo duraturus.

Luc. 21. e.
Mat. 24. c.
Psal. 49.
Psal. 30.
Iesa. 26. b. iuxta sep. inter.

Est itaq; peccatum, & formidabile pariter, & damnosum, ꝓpter sequentē in futurū animaduersionē. Quinimo & in sæculo hoc præsenti, grauem sibi iacturam facit peccatrix anima, nimirum vitæ suæ, pulchritudinis, nobilitatis, veri in pectore gaudij. Extincta est peccatoris anima, & donec in peccatis perstat nihil sibi confert ad salutem quicquid operatur. Quamlibet opera ipsa videantur laboris plena & pia, quamlibet foris æstimentur bona, nihil tamen ipsi queūt ꝓdesse. Quicquid perditus peccator exercet operis Deo habetur ingratum, quandoquidem non ex ipsius id designat amore, nō in ipsius gloriam. Quam sit autē turpis ac deformis peccatoris anima, corporeis hislumi nibus omnino cerni haud potest: multa tamen hac de re arcanæ loquuntur literæ, maximè Threnorum liber apud Ieremiam: vbi ita scriptum est. Quomodo obscuratum est aurum: mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū platearum? Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea? Denigrata est supra carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Item. Egressus est à filia Sion omnis decor eius. O verè ingentem mutationem, si quis eā posset intellectu

Amissio vitæ.

Amissio pulchritudinis & nobilitatis.

Thre. 4. a.

Ibidem. b.

Thre. 1. b.

tellectu comprehẽdere. Quippe anima quę nuper a ſummo adamabatur, & redimita erat rege, vtpote eidem ſponſa effecta, per ſuam ſcortationem & fideiviolationem, qdam veluti putidum ac vile efficitur ſcortũ, & abiectum diaboli mancipium, ſub cuius ſe coniȷcit dominium, quum alioqui ſit in libertatem aſſerta per ſanguinem Chriſti. Quapropter dominus per prophetam, ita animam compellat dicens. Excutere de pul- Iſ.52.a. uere, conſurge, ſede Ieruſalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Hoc eſt. O nobilis anima, nobilis natura in qua condita, ſed nobilior gratia, & gloria ad quam vocata es: exitialis iſtius tui ſtatus contemplare miſerias, in quibus tam ærumnoſe detineris captiua, vt nec ſtare integrum tibi ſit, nec ſedere: ſed neq; ſublato collo ſpectare quidẽ cœlos, aut cœleſtia licet contẽplari: ſed contra brutis animantibus ſimilis effecta es, quę prona ſemper terram ſpectant. Et re vera, Pſal.48. vt Dauid teſtatur. Homo quum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumẽtis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Super quo beatus Chryſoſtomus inter cætera ait. Chry. To. 3. in ſer. de aſc. domi. Vides quodtotius malitię fines exceſſimus? Aſinis & bob. irrationabiliores oſtẽdimur, ſenſu volatilium ſuperamur, nec ipſis lapi-

Psal. 57. dibus comparamur, sed serpentium malignitates imitamur. Furor nanq; ait eorum, in similitudinem serpentis, venenum aspidum sub labijs eorum. Sed quid multis immoror, quando in confesso est omne malũ, damnum, dedecus, molestiam & pœnam omnem proficisci ex peccatis, quæ sunt innumera. Et quamuis nullius faceret rei iacturã peccator, præterquam tranquillitatis bonæ conscientiæ, & tranquillæ vitæ cum Christo in hoc seculo, abunde tamen magna hæc ipsa foret iactura. Nam quanto suauius & facilius sit viuere iuxta præcepta dominica & iuxta dictamen rationis, quam vitam ducere huic diuersam, satis exploratum est ijs, qui aliquo præditi sunt sano intellectu. Qui enim frequenter diffluit in gulam, aut in libidinem: qui facile percellitur iracũdia, odio aut inuidia: qui torpet ignauia, aut animi laborat grauedine, multa seipsum afficit molestia & inquietudine: ac raro cor habet tranquillum, sed fere continuo agitatur tumultu, aut perturbatione. Vnde rectè tradiderunt ethnici quidam philosophi re ipsa edocti, virtutem ipsam longè plus adferre voluptatis, quam vitium, & virtutem vel hoc nomine dignam esse quæ exerceatur, quòd secum homini multum adferat cõmo-

Amissio trã quill. con.

ditatis

ditatis, voluptatis, & tranquillitatis, idqũe tam quoad animum quam quoad corpus. Pietas enim (inquit apostolus) ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nũc est, & futuræ. 1. Tim. 4. c.

Quòd quisque etiam à peccatis venialibus sibi cauere debeat. Cap. 12.

SCrutemur vias nostras: & quæramus, & reuertamur ad Dominum. Protulit hũc sermonem post vastationem inclytæ vrbis Ierusalem in suis lamentationibus propheta Ieremias: quo peccator quisque admonetur, vt solicita cura perscrutari, intelligere, & agnoscere studeat prioris vitæ suæ prauitatẽ, oĩmq; prauorũ operũ suorũ tam grauiorũ quam leuiorum absurditatẽ & pernitiem, sequens in hoc eiusdẽ ꝓphetæ commonitionem ita dicentis. Leua oculos tuos in directũ: & vide vbi nũc ꝓstrata sis. Vbi autẽ eorũ notitiã fuerit consequutus, parẽ aut solicitiorem etiam diligentiã adhibere debet studio parãdę contritiõis, sed eius quę grauitati respõdeat cõmissorũ. Vñ Mic. ꝓphe. Sup hoc inqt plangã & vlulabo: vadã spoliatus & nudus. Faciã planctũ velut draconũ, & luctũ q̃si strutionũ. In hoc aũt planctu assumẽdo deplorabis nõ potissimũ q; te cœlestib. gaudijs priuaueris, aut q; te hęredẽ. Thre. 3. c. Iere. 3. a. Mich. 1. c.

feceris perpetuæ damnationis, aut propriũ aliquod damnum vel dedecus: sed ante omnia, quod irreuerentiam attuleris diuinę maiestati, quodq; immensam dei bonitatẽ contempseris atq; offenderis. Hic est planctus syncerus & christianus, ex diuino ꝓficiscens amore. Nam proprium duntaxat incommodum deplorare, ex amore proficiscitur sui, & ex timore, per quem solum nemo potest saluari. Quanquam qui saxeo sunt corde, timorem ipsum sibi quærere debent ad emolliendam cordis sui duritiem: verum in ipso solo persistendum non est: sed ex timore ad amorem veniendum est. Itaq; sispectes quis in peccato ipso offendatur & contemnatur abunde graue commissum deprehendetur, quamlibet videatur esse leue. Vnde beatus Augustinus ait. Peccata etsi sint parua per Dei misericordiam, fiunt magna in peccatoribus negligentia. Nullum enim peccatum adeo paruum, quod nõ crescat neglectum. Non enim considerãdum quod fecerit, sed quem offenderit: quam bonus est, quam benignus, quam pius, quam propitius, qui illũ sua dulcedine & pietate creauit ex nihilo. Quare quisquis vitam suam corrigere, fœliciterq; in virtutibus progredi, & Deo desiderat optimè placere, haudquaquam parui æstimare

Aug. de ve. & fal. pœ. 8.

æstimare debet quantulacunq; venialia cõmissa: nam vt idem ait Augustinus. Talem patrem offendere: & contra eius voluntatẽ aliquid committere, animaduertentibus, ac se non ignorantibus, quam est crudele? Ibidem inf.

Quicquid ergo in Deum committitur, neutiquam debet quis vt leuiculum vilipendere. Ad hæc si parua multiplices, vnũ tandẽ constituent magnum. Argumentum est non ibi adesse amicum Dei amorem, vbi nullus est de peccato metus, nullaq; venialium admissorum habetur ratio. Filius qui erga parentem affectus est amore syncero, semper veretur committere quicquid quoquo modo parentem posset offendere, quanuis etiã sit exiguum, etiamsi non ignoret ob id sese a paterno amore non prorsus abijciendum: & omne illud ducit esse graue, quod q̃quo pacto patri nouit displicere. Ita quoq; se habet qui Deum syncerè amat: Ab omni semper pro viribus sibi cauet lapsu, siue graui siue leuiusculo: propterea maximè quod Deum per id qualequale est sciat offendi. Porro qui eiusmodi sunt vt venialiter delinquere nihil pensi habeant, neq; aliud refugiant, quam quòd flagitium foret capitale, in periculoso consistunt statu: & metuẽdum est ne á vero Dei amore sint alieni. Sed hic ita eiusmodi re-

modi respondent. Non ignorat altissimus nostram imbecillitatem, neq; enim fieri potest, vt quis omnem euitet lapsum venialē. Ita quidem habet: verum id nō prorsus nos excusat, nihil enim obstat quo minus sedulo incumbere possimus, vt veniales noxas euitemus, quantum cum diuinæ gratiæ adiutorio fieri potest. Item impossibile non est, super cotidianis commissis cotidie compungi & ingemiscere: imo in hoc quisq; ex diuini amoris æquitate Deo deuinctus est. Ad hæc meminisse nos oportet omne vitium, etiam leuissimum quodq;, quādo cōtra dei voluntatem libero peccatur humanæ volūtatis arbitrio, abunde tale esse, cui iure debeatur perpetua damnatio: & quod venialia nos non condemnent, non nisi diuinæ esse misericordiæ, quæ talia nobis in perpetuā damnationem non imputet. Quod autē venialia summopere Deo displiceant, apertè demonstrauit in amico suo Mose, qui vt ob singularem quandam amicitiam ad familiare Dei admissus est colloquium, ita ob modicæ diffidentiæ cuiusdam peccatum, per quod multitudini cui ipse duxpręerat, offendiculo fuit ab ingressu terræ promissæ vna cum infideli populo reiectus est. Similia designauit & alijs nonnullis amicis vitæ sanctimonia

ctimonia claris, in quos vel ob venialia cõmissa acriter animaduertit, nonnunquam in præsenti vita, idqúe vel in corpore per morborum molestias, vel in anima per subtractionem dulciter confouentis gratiæ: nõ nunquam post præsentem vitam per ignem purgatorium, nam re ipsa olim deprehẽsum est ita pios nonnullos homines debuisse expurgari, quos tamen sanctos fuisse euidentia miraculorum testimonia ipsis adhuc viuentibus, aut iam è viuis sublatis ostensa manifestè comprobarunt. Quam ob rẽ qui nihil omnino veretur cotidie committere venialia, & hæc ipsa nihili facit, secum reputare potest quinam diuinam in se gratiam possit tueri. Vnde Bernardus. Cauete inquit fratres, ne quis parua reputet, quamlibet parua scienter delinquere conuincatur. Nemo dicat in corde suo, leuia sunt ista, non curo corrigere: non est magnum, si in his maneã venialibus, minimisq; peccatis. Hæc est enĩ dilectissimi inpœnitentia, hæc blasphemia in Spiritum sanctum, blasphemia irremissibilis. Proinde secum iam quisque expẽdat, an quicquam possit haberi aut dici paruum, quod contra tantam committitur maiestatem.

Ber. ser. de con. bea. Pau. 10.

Hact. ille.

Quomo-

Quomodo mens deo deuota lamentari debeat suam supinitatem & vitam sæcularem. Cap. 11.

QVisquis ergo verè cõuertere sese desiderat ad dominum: aut in spiritu sedulo studet promouere, cupiens simul & sibi & mundo huic demori, tametsi fortasse tetriora nulla flagitia commiserit, nec sibi conscius sit, de alijs quam de solisve nialibus peccatis, planget nihilominus hoc nomine, quòd non a puero totum sese ex intimo cordis affectu accommodarit diuino amori, ita cum beato Bernardo dicendo. O
Bern. domine Deus, quantum mihi temporis periit, in quo me comperio sine fructu vixisse ãte tuos oculos. Quomodo audebo aut potero leuare faciem in magno illo ac tremendo die iudicij, quando enumerari facies omneis vitæ meę dies, quãdo inquires & perscrutaberis quem fructum fecerim in singulo quoque illorum? O domine Deus vtquid neglexi satagere, vt tibi cor meum omni tẽpore vnirẽ, vt te affectu & intentione complecterer, vt gaudium meum in tua sola dulcedine collocarem? Vbi omnes internæ animæ meæ vires fuerunt, quando tecum non fuerunt, quum omnes creaturæ a te habeãt, quicquid in ipsis est laudabile, desiderabile, aut delectabile? Poterit quoq; qui eiusmodi est

di est & alias consimiles plangendi formas sibi confingere: atque hoc aut simili aliquo modo secum frequenter cogitare, aut dicere. O mi Iesu fons omnis pietatis, mihi condonare velis, quod hactenus immēsam, mel lifluam, & increatam tuam dulcedinem nō vti dignum est cognouerim: quodq; (vilipē so animæ meæ ornatu, neglectaq; fœliciſſima animæ meæ cum tuo dulciſſimo ſpiritu vnione) adniſus non ſim, vt illā potuiſſem guſtare: præterea quod tam raro in meum ipſius cor deſcenderim, illud tibi paraturus cubiculum in quo ſæpenumero & diu poteras conquieuiſſe, vt ibi te exciperem, ibi te dulciter fruerer. Væ mihi infœlici. Indulge mi deſideratiſſime amator, quod placidiſſimā & optimā voluntatē tuā nō ſemper q̄ſierim nec ſequutus ſim: quod tuam amicitiā non æſtimauerim eſſe meum ſummum bonum: ſed quod prodigum illum imitatus filium, multo tempore porcos pauerim, porcorumq; ſiliquis, hoc eſt inanibus ac fœdis voluptatibus mundi huius ſæpenumero paſtus ſim. Ignoſce quod ſerius te agnoſcere, quod ſerius cœperim currere in odorem tuorum vnguentorum, nempe gratiarum atq; virtutum. Ne quæſo mihi tuam ſubtrahas dexteram, nec dedigneris opem ferre vel ſero tandē

ro tandem resipiscenti: sed eo me magis cor robora, eoq; impelle vehementius, quo resipiscere cœpi serius (quandoquidē bonatemporis mei portio iamdudum exacta est) vt celerius currendo præteritum tempus, quod mihi perire passus sum, redimam: vtq; mortis meæ nox non me prius obruat, quam ad eum peruenero statum, ad quem me semper oportet properare, qui est perfecta animæ meæ cum spiritu tuo vnio, per verum, syncerum & perseuerantem amorem.

Quemadmodum dolere, seq; ad impetrandam veniam exercere debeat, qui grauioribus est obnoxius vitiis. Cap. 14.

QVōd si vero quis grauioribus sit onustus criminibus, longē debet seueriore compungi dolore: atque adeo cotidie ciulare, & in ipsum cœlum vociferari, cogitando & complorando, quōd quasi adultera & impudica quæpiā mulier in cœlum peccarit, dum sponsum suum Iesum cōtempsit, dumq; conditorem, redemptorem, & conseruatorem suum vilipendit. Frequēter quoq; ignitis precibus incumbere toto pectore debet, prout sese potest efficacius ad id excitare, non quidem ex libellis flaccidē legendo, sed ex animo, ita nonnunquam cum Augustino dicēdo, Peccare ô quam amara res

Aug. de cō.

mara res est: & mala res est peccatum.
O peccata quam faciles aditus habetis dum suadetis: & quam difficiles exitus habebitis. Dum suadetis inungitis, sed postquam suaseritis, vsque ad mortem animæ pungitis: fœtores quos inducitis, vsque ad iniquos vtres includitis. Dum autem sic precibus vacare studet, poterit nonnunq̃ diuersum sibi in orando sumere habitum, variatis in hoc cordis sui affectibus: interim videlicet affectum sibi formando hominis vltimo supplicio addicti, & miserandis eiulationib. mortis euasionem flagitantis: interim personam sumendo filij iamdudum quidem propter offensas a parente abiecti atq; exhæredati: sed iam genibus aduoluti paternis, & veniã precantis, interim affectum sumendo debitoris coniecti ob æs alienum cuius soluendo non est in vincula, & exposcentis remissionem & gratiam: interim adulteræ mulieris in se personam transferendo, quę violato thoro coniugali à viro suo repudiata sit, & quę iam tandem ad ipsius cupiat redire amicitiam. Ex his aũt eum sibi assumet modum seu affectum, quo se maximè deprehendet emolliri & affici: nec facile eum permutabit, sed in eodem continenter persiabit donec se sentiat emollitum.

Ad

Ad hæc ad maiorem affectus efficaciam, nõ nunquam si tacitè fieri poterit, externos rei ac damnati hominis gestus in se exprimet, manus suas in scapulas conijciendo, aut simile quid apud se designando: nam id summopere interdum conducit ad profectum internum: nonnunquam suam obstinationem & duritiem cum vlulatu quodam ante oculos diuinæ maiestatis complorando, atq; ad hunc aut similem modum orando. O domine parce nobis: si fieri potest, ne perdas vna cum deploratis infidelibus, qui altissimę tuę maiestati non obsequuntur. Respiscimus ô domine cordium nostrorum perscrutator a
Psa.101. nostris malis. Defecerunt sicut fumus dies nostri: & ossa nostra, hoc est omnis animæ fortitudo, omnes animæ vires, sicut cremiũ aruerunt. Miserere, locum pœnitentiæ indulge: inopes enim & miseri facti sumus ve
Psal.38.g. hementer. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine, quas tam affluenter exhibuisti antiquis nostris patribus & patriarchis, quas loquutus es per os sanctorum, qui a sæculo sunt, prophetarum tuorum. Heu, quando tandem peruenturus sum ad primum illum innocentiæ & veræ puritatis statũ, vnde infœliciter excidi miser? An arbitraris ô anima infelix dominum tibi fore propitiũ,

an

an expectas diuinæ clementiæ in te conuer-
tendos oculos? Quis scit si conuertatur &
ignoscat Deus, & viuas? O putida anima, ô Iohe. 2. c.
infœlix creatura, quid tandem dictura es,
quum pro tribunalibus stabis Filij Dei viui,
seueram ab illo acceptura sententiam, in cu
ius manus teste Paulo horrendum est incide Heb. 10. f.
re. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & pręti- Psa. 89.
more iram tuam dinumerare? Quare ô ani-
ma peccatrix, persta in luctu super tua ipsi-
us morte, nam si homines sancti pœnitentiã
egerunt, doluerunt & illachrymati sunt ob
peccata aliena: quemadmodum de Daniele
legimus, ita de se loquente. Ego Daniel lu- Dan. 10. 2.
gebam trium hebdomadarum diebus: panẽ
desiderabilem non comedi: & caro & vinũ
non introierunt in os meum. Et item de Es
dra, Neemia, & singulariter de beato Iob:
sed longè etiam eminentius de beato Iohan
ne baptista, qui veræ pœnitentiæ extitit ex
emplar, vtpote qui omne humanum renun
cians solatium, aspero tectus est indumen-
to, viliq; pastus est alimento, cum tamẽ san-
ctus prodierit ex ipso matris vtero, qd nos
non facere oportet, qui in peccatis nati su-
mus, in peccatis viuimus, & toti vitijs made
mus vndiq;? Quare neutiquam tibi persua-
deas velim, vllam pœnitentiam tibi esse suf

ficientem: (quanquam interim videndum, ne in desperationem abeas) sed quod illi diminutum est, sarcire stude profunda humilitate: tuam ipsius agnosce imperfectionē: Psal. 140. assiduè in votis tibi sit: pœnitentiam subire semper duriorem & maiorem: precare Dominum vt corripiat te in misericordia: atq; adeo hic te potius pro merito puniat, quā in futuro, ita humili voce clamando. O pater & domine deus totius mundi, si fieri potest, ne nos excruciari patiaris supplicijs illis nunquā terminandis, alias nobiscum agito pro tuo arbitrio. Hic tanquam medicus vre, seca, crucia, quo sanitatē consequamur in anima, sed ne vt seuerus iudex æterna morte nos iubeas condemnari. O domine, cuius prudentia vniuersa cœli & terræ machina sustentatur ac regitur, ne nos diiudices pro rigore tuæ æquitatis: nosti enim fragilitatē conditionis humanæ: Nos ipsos tuæ tradimus voluntati, nunc & in omnia sæculorum volumina.

Quòd ad facilius veniam impetrandam sint etiam sancti inuocandi. Cap. 15.

Subinde

SVbinde quoque ad abundantius veniã & gratiam impetrandam id facies, qd' miseri & captiui solent, qui amicos, aduocatos,& patronos sibi quærunt, quibus vt mediatoribus vtantur ac iuuentur apud Sũmates, non quod altissimus secus te nolit in gratiam recipere, sed vt amplius te humilies, magisqúe Deum in Sanctis suis glorifices. Quippe hoc ipsum summè ipsi acceptum est, & nonnũnquam etiam expetit: Sic enim tres amicos Iob adiꝑm Iob misit vt interceſſione ipsius veniam mererentur, sic Abimelech misit ad Abraham. Itaque subinde Reginam illam misericordiæ MARIAM tibi aduocabis,sed cum humilitate interim & pudore,cõtemplans illius summam puritatem,& contra tuam ipsius spurcitiem. Nonnunquam ad alios magni meriti Sanctos te conuertito, eosqúe inuocato:potissimum eos,qui in vita sua aliquando insignes fuere peccatores, & per pœnitentiam ad summam euecti sunt gloriam, eosdem apprecans meminisse velint collatę sibi indulgentiæ,teqꝫ iuuare velint ad id adsequendũ quod ipsi adsequuti sunt, ita dicẽdo. O beati cœlorum principes, memores estote miseriarum, quibus aliquando fuistis expositi: nos commiseramini in ea

Iob.42.b

Gen. 20. b.

Iob.5.a

adhuc necessitate constitutos, a qua vos clementia diuina eripuit. Sic ergo omnib. modis teipsum perurgebis ad studium obtinendæ veræ contritionis, & requirendæ inueniendæq; veniæ, cauendo tamen semper ne cordis tui mœror per quandam vultus amaritudinem foris pateat hominibus: quin potius sat esto, quod pectoris tui dolorem soli Deo offeras.

Quòd absolutam cupiens agere pœnientiam, omnes defugere debeat mundi huius voluptates.

Cap. 16.

Osee. 9. a. NOli lętari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo. Loquitur hoc sermone dominus per Osee prophetam ad omnem peccatorem, quo admonetur defugere & abdicare omnes mundi huius voluptates, si veram cupiat agere pœnitentiam, aut verã assequi contritionem. Hic animaduerteudum hominis naturam constare ex duobus, nempe anima & corpore: inter quæ tam arcta est necessitudo, vt nec anima sine corpore recte possit gaudere tristariùe, nec corpus vicissim sine anima. Nam si homo vehementer excrucietur intus, nihil corpori libebit foris. Vicissim si corpus doloribus afficiatur, non poterit spiritus hominis verè sese oblectare.

Si

Si vero contra corpus ipsum solatio aliquo fruatur, haud poterit tum anima verè contristari, propterea quod à corpore ipso rapitur in diuersum. Iccirco qui vera tangi cupit animi contritione, & seipsum exercere cupit ad dolorem spiritualem, corpori suo subtrahere debet nocentes omnes mundihuius voluptates, rebus autem quibus corpus, aut bruta hominis portio notabilem aut nocentem voluptatem capere consueuerint, cum prudenti vti debet moderatione, aut si fieri potest, prorsus a se eas debet abdicare. Musica in luctu (inquit sapiens) importuna narratio. Vnde multis in locis sacrorum voluminum legimus, quomodo qui verè resipiscere & per synceram cordis compunctionem veniam a Deo cupiebant promereri, ante omnia carni suæ subtrahebant omneis delicias, & ecõtrario seipsos doloribus, pœnis & probris afficiebant, temperabant ab vxoribus, affatim ieiunabant, parco viliq; cibo vescebantur, vestimenta delicatiora ꝑ ñciebant, proq; his squallidos saccos sumebant, capita aspergebant cineribus, nudam carnem asperis cilicijs conuestiebant, in templis pronos se solo insternebant, & cum tanto vocum fragore remissionem flagitabãt, vt formidabile ac lamentabile esset audire.

Eccl. 22, 8.

Hæc autem ideo agitabant, vt per corporalem afflictionem ſeipſos efficacius excitarent ad afflictionem ſpiritualem. Imo quod dictis omnibus admirabilius videtur, etiam bruta animantia interdum ieiunare cogebant: quemadmodum in Ionæ vaticinio legimus. Quum enim Ionas iuſſu domini Niniuen ciuitatem ingreſſus clamare cœpiſſet. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, auditumq; eſſet hoc verbum a rege, mox ex eiuſdem mandato tale proclamatum eſt edictum. Homines & iumenta, & boues & pecora non guſtent quicq̃, nec paſcantur & aquam non bibant, & operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Deum in fortitudine. Non quod bruta animantia quicquam mererentur ſuis ieiunijs, aut aliquid impetrare poſſent ſuo clamore aut ſtridore: ſed vt pectora humana per eiuſmodi miſerabilem fremitum ad terrorem, anxietatem & cordis contritionem impelli poſſent: quæ plerunq; adeo ſunt rigida & ſaxea, vt nõ queant aliter flecti, quã per moleſta & horrenda q̃dã terriculamẽta ſeu grauamina foris ſenſib. expoſita. Et quẽadmodũ feras nõnullas videmus nõ niſi fame, ſitiberib. aut angorib. poſſe cicurari: ita ferinos q̃ſdam homines reperias, nõ niſi mo-

Ionæ. 3. b. c.

ibidem. d.

leſtiſ

lestijs flectēdos. Hac de causa olim veteres illi sancti prēs admonere solebāt peccatores qui tetriorib.& plurib.erant criminib⁹ obnoxij, vt si verā pœnitētiā agere vellent, ab oibus sese subducerēt huius mūdi oblectamētis, vetabāt illis ne nuptijs interessēt, & ne loca illa adirēt, vbi res ludicrę tractarēt, vt pugnę, simulachra, certamina sagittatoria, comœdię, & id genus alia, sed admonebāt & nonnūquā etiā iubebāt peccatoribus, vt ad tēp⁹ e patria, domo, aut ꝓpinquis secederēt, & in aliena terra peregrinos agerēt: aut etiā in cœnobio aliquo aliquantisper versarentur, ita vt auellerentur ab ijs vnde animus eorum voluptatem capere cō sueuerat. Quodsanè multis etiam hac tempestate apprime foret necessarium. Nam vt hoc die aut hac hora accommodare se cœperint ad cogitanda, & plangenda sua commissa, die aut hora proxime sequenti in contrarium rapiuntur, idq; per aliqua mundi huius iritamenta, quæ nolunt, aut non possunt effugere, in suo, in quo sunt, persistentes statu seu loco, vbi variæ sese offerunt mundanæ illecebræ, quas non perinde queunt defugere: atque ita in apꝑhē sa pœnitentia non progrediuntur, nec ad ipm verę cōtritiōis fundū queūt peruenire:

Eccl.34.d. sed illud his vsuuenit quod ait sapiens eccle siasticus. Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnde nihil mirum quòd tam rari sint, qui perueniant ad perfectionem: quippe quum in ipso impingant fundamẽto, & in primo statim gradu: nempe pœnitentiam non subeunt suis peccatis dignam: imo nec norunt quidem quopacto sit ea apprehendenda: Videmus plerosq; dum sese tradere volunt vitæ monasticæ, quæ est ratio quædam, seu subsidium longe commodissimum ad peragendam veram pœnitentiam, ad euadendas ões mundi huius illecebras, hoc ipsum aggredi magna cum animi leuitate, & nonnullos etiam ridentes huc accedere. In ipso ingressus exordio haudquaquam se tradunt studio mactandi sui, & contemnendarum secularium voluptatum, quam ob rem potissimum cœnobia instituta sunt: sed contra omnibus se dedunt quas inibi nancisci queunt, ineptis lętitijs, per inane nouitatis studium, ea audiendo, videndo aut loquendo, quæ non ad salutem, sed ad carnalem affectũ potius spectant, secumq; momentaneam aliquam consolatiunculam adferunt: item per futilitatẽ inanium verborum: per intemperantiam cibi ac potus, vnde eiusmodi magnã capiunt

voluptatem

voluptatē: tanquam si prorsus ignorarent, qnid ipsorum statum deceret, & cur ad monasticam sese vitam cōtulissent. Hinc Chrysostomus ait. Sicut fieri non potest, vt ignis ardeat in aqua: ita fieri non potest, vt dolor cordis perseueret in voluptatibus carnis. Quare eiusmodi homines haudquaq; sibi persuadere debent quòd vitam suam mutarint aut conuerterint: neq; enim conuersio est, vbi sola mutatur habitatio & vestis: sed idem cor, ñdem permanēt mores qui prius, quando quis eādem retinet leuitatē quam habuerat prius. Esto etiā: persuadeat quis sibi, nulla se grauiora crimina in anteacta vita commisisse, aut non eum stimulet talium cōscientia, nihilominus tamen, si se penitus ad Deum conuertere, et ad præstantiorem se velit vitā transferre, a cordis contritione debebit auspicari: atque deplorare bona omnia quæcunq; poterat præstitisse: atq; adeo tempus omne quod se meminit parum fructuosè exegisse. Aut certè meminisse debet, ad huiusmodi statum in hoc se à Deo esse vocatum, vt peccata plangat aliena, & p eis abolendis Deū precibus solicitet ex charitate. Quandoquidem (vt tradunt doctores) præcipuus scopus ad quem religiosi vocati sunt, & quamobrem monasteria primū Chry.

instituta

institutа sunt, est deflere propria & aliena peccata. Iam si quis pergat euoluere mundi huius flagitia, potissimum hoc nostro sæculo, quo erroribus & prauitatibus plena sunt omnia, argumentum sanè offendet multo vberrimum, quo abunde quis excitari poterit ad contritionis lamenta. Sed vt ad id vnde digressi sumus reuertamur: docent nos mystica volumina multis in locis, quemadmodum carni nostræ subtrahere debeamus suam voluptatem, & pro ea afflictionem illi adferre, si celerius ad cordis compunctionem cupimus peruenire, sicuti peculiariter in prophetarum vaticinijs cernere est, vbi Hebræorum populum ad pœnitentiam adhortantur. Vnde Iohel. Expergiscimini inquit ebrij, flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, hoc est quicunq; mundi huius delitijs studetis & immersi estis, nec secus illis obruti estis, quam ebrius quispiã potu, expergiscimini, hoc est a vobis abdicate, & relinquite omneis prauas voluptates: & ad lamenta vos conuertite, & planctum peccatorum. Hæc dixerim, non quo sic se quisquam mœrori tradat, vt ne vel moderatam quidem & sobriam lætitiam admittat, quum hæc nonnunquam ob naturæ infirmitatem etiam suadenda sit: sed

Iohel. 1. b

vt

vt resipiscens, ab immoderatiori lætitia absuneat, vtpote quæ impedire posset mœrorem spiritualem: & ne lætitiam aliquam vehementiori studio ambiat, sed necessariam tantum subsidio naturæ alioqui imbecillioris quasi coactus admittat, nusquam in exteriori lætitia diutius immorando, sed semper interiorem illam humiliter expectando, de qua Dominus per prophetam. Ierem. 31. c. Conuertam inquit luctum eorum in gaudium: & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

Quomodo cor transfodi debeat ad acquirendam gratiam lachrymarum, ei qui mentis est rigidioris.

Cap. 17.

QVando iam multa de cõtritione tradidimus, indignum foret si hic de aqua lachrymarum loqui prętermitteremus, quum in ipsis peccator veluti retingatur, & nulla res magis Deum flectat, & cogat quodammodo ad veniam, atq; riui lachrymarum. Cli. gra. 7 De quibus ita Climacus. Sicut ignis inquit comburit stupam, sic castæ & sanctæ lachrymæ consumunt sordes animæ visibileis & inuisibileis.

Vndẽ

Vide Aug. ser. ad fr. in ere. n. itum in Scala par 6. 6.

Vnde Augustinus aquam lachrymarum nõ iniuria lauacrum appellat, quòd per eam abluatur anima, vt pulcherrimo sponso Christo digna & munda efficiatur sponsa. Quocirca si quem solicitum habet quomodo ad hunc fontem lachrymarum possit peruenire, ita vt cum propheta Ieremia exclamet.

Ier. 9. a.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? is scito gratiã hãc lachrymarum ex hominis corde proficisci, non secus atq; aquam ex terra. Quisquis autem aquam alicubi in sua terra desiderat, tã tisper tamq; profunde fodiat necesse est, donec aliquam aquæ viuę venam inueniat: aut si forte vsquam fontem habet suapte natura scaturientem, eo illũ ducat oportet, vbi necessarius est, aut vbi vsui esse potest. Ita quoq; spiritualiter fieri debet. Sunt pleriq; corde admodũ arido, nec facile moueri queunt ad fletum, estq; hæc aqua illis & cara simul & rara. Qui ergo eiusmodi est, frequenter & penitus cor suum oportet perfodiat, & formidabilia quædam, aut certè amica & placida sibi ob oculos ponat, quibus possit emolliri. Multis sanè plurimo sudore & tẽpore ad hanc rem opus est, maximè ijs, qui elato & superbo sunt animo, qui fere sunt obstinatiores & aridiores, vtpote mõtibus

non dissimiles, in quibus fere aquam non reperias, nisi altius fodias. Huius rei aptissimã nobis figuram exhibuerunt venerabiles illi patriarchæ Abraham & Isaac, dum tãto studio puteos sibi fodere curarent: quos interdum ab hostibus occupatos aut terra oppletos magna cura studebant recuperare & restaurare, aut certè alios curabãt fodi. Quod ipsum reuera in nobis completur, quoties quis cor suum sedulo perfodere studet, eiusmodi diuini amoris, aut timoris cogitationibus, quæ ipsum ad fletum emolliant: tunc enim eiusmodi veluti viuam sibi aquã, fontes aut puteos fodit. Verum hostes hoc ipsum animaduertentes õnibus adhibitis machinis salutarem hanc aquam auferre, & puteos nituntur iniecta terra opplere: hoc est, cor illius occupare studentrebus terrenis, et multiplicibus cogitationibus, ad hoc præsens sæculum pertinentibus. O quot hodie deprehendas homines, potissimum laicos, imo & monachos, q̃s ita totos terrenis cogitationibus, sermonibus & actibus diebus pariter ac noctibus cernas occupatos, obrutos & oppletos, vt nullum omnino spiritualibus rebus præbere possint locum. Atq; ita prorsus aridi permanẽt, cor retinẽtes instar terræ sine aqua torridum; aut si forte interdum nõ Gen. 26. c. d

dum nonnihil emolleſcant, diutius ita perſtare nequeunt, ſed mox rurſus irruentibus terrenis cogitationibus offunduntur, atque exareſcunt. Vt autem fontem hunc aquę viuæ ſolicitè per ſalutares cogitationes quærere,& inuentum poſſimus tueri, duobus opus nobis eſt inſtrumentis, nempe timore & Dei amore, quibus multa diligentia corda noſtra altius fodiendo debemus penetrare. Quæ alta transfoſſio in hoc conſiſtit, ſi qd animo pertractare decreueris, omni circunſpectione illud peruidere pergas, atq; adeo omni ſolicitudine penitus intelligere ſtude as. Veluti ſi tua crimina contemplans, oēis vndiq; circunſtantias quoquo pacto crimina ipſa aggrauantes expendas: ſi iuxta tradi tionem Auguſtini in lib. de pœni. conſideres perſonam, tempus, locum, præcedentia, ſubſequentia, qua occaſione incepta, & quo fine terminata quęq; ſint. Vt exempli gratia ſi quis per libidinem lapſus ſit, & hoc crimē ſuum bene cupit trutinare, vt inde ad cōtritionem excitari poſſit, in primis contēplari debet ſuam ipſius perſonam, expendendo, quo in ſtatu ſit, anſpiritualis, an pudicitiam profeſſus, an tali functioni deſtinatus, quā ob exemplum ſubditorum deceat morum integritas: deinde etiam perſonam, cū qua

Aug. lib. de ve. & fal. pœ. cap. 14.

peccarit

peccarit, an ipse illam huc pertraxerit. Ad hæc expendere debet, an violentia tentationis superatus sit, an maximè suæ ignauiæ culpa peccarit, nimirum quod quum prænosset pericula, non vitarit tempus, locum, personam, vnde sibi metuebat: an tali gratia donatus qua facile peccato potuisset resistere, si quod in ipso erat fuisset conatus: an peccarit die aut loco sacro, an sæpius in idem vitium relapsus sit: an post factum etiam sibi placuerit: an nulla protinus subsequuta sit pœnitudo. Hæc & his similia excutere debet, quisquis verè cupit sua commissa deflere. Sed quemadmodum cuiusq; rei quantitas exploratur potissimũ tribus, nẽpe põdere, mẽsura & numero, ita & pctĩ quãtitas. Sicut. n. res quędam videt exiguæ cũ sint magnæ pondere, vt aurũ & plumbũ ita peccata quędã leuia ęstimant, citoq; trãseũtia, sed re ipa sunt magna & grauia. Tũc aũt pctm̃ graue cẽsendũ est, cũ Deus graui ter contẽnit, veluti dũ homo ipm̃ q̃si nihili pendit, dum aliquid designat reclamante conscientia & timore, Deo posthabito aut etiam contempto. Similiter aggrauat peccatum, dum homo seipsum grauiter vitiat, cõspurcat aut cõfundit: vt si quis fœdælibidini ita sit dedit⁹, vt dei et sus salutis prsus obliuis-

Pondus peccati

Grauitas peccati ex parte Dei

Ex parte peccantis.

obliuiſcatur, aut corporis lædat valetudinẽ aut in ea toto pectore acquieſcat. Item ſi qs per iracundiam ita ſeſe concutiat, vt impos efficiatur ſui, extrema etiam auſurus, niſi á Deo cohiberetur, aut ab hominib. Tertio aggrauatur peccatum, dum proximo per illud grauis fit iniuria, afflictio, iniuſtitia, aut diſpendium. Contingit enim non raro, per nos quippiam fieri, in quo non perinde magnam prauitatem eſſe arbitramur, quum tamen inde proximo magnum accedat detrimentum, idq; vel in anima vel in corpore, vel in facultatibus, vel in fama: quæ forte per commiſſum eiuſmodi grauiter lædumtur. Expenditur præterea peccati quantitas menſura temporis: vt ſi rationem ineas quãto tempore in peccato aliquo perduraueris priuſq; te mali tui caperet pœnitudo, aut p illo pœnitentiam ſubire ſtatueres. Quæ ſanè res maximam addit peccato grauitatem: propterea quod non æſtimare peccatũ, aut nolle reſipiſcere peius ſit ipſo peccato. Impius enim quum in profundum venerit peccatorum contemnit. Tertio deprehenditur peccati grauitas ex numero: vt ſi ſæpius iterentur. Potiſſimum autem aggrauatur peccati impietas, ſi poſt actam pœnitentiam, poſtq; acceptam remiſſionem & abſolutionem, re-

ex parte proximi.

Menſura peccati.

Pro. 18. a.

Nume. pec.

nem, relabaris, quòd tum videaris quasi cõtemnere Dei indulgentiã, & audacius peccare super ipsius clementia. Qui ita & iuxta conditiones supra indicatas posset sua cõmissa expendere, facile fontem nanciscerestur quo illa abluerer. Quod si vero quis seipsum per terriculamenta emollire cupit, propositis sibi supplicijs gehennæ, hic similiter omneis aggrauantes circunstantias expẽdere debet: quæ sunt, perpetua à Dei gloria excommunicatio: ignis nullo tempore extinguibilis, intolerabilis ardor: hostiũ infernaliũ immaniſſimè in damnatos seuientium horrẽda crudelitas, & improperia. Cogitabit præterea nullum ibi esse suffugiũ, nullam requiem, nullam respirationem, nullum solatiũ, sed solam mutationem & augmentationẽ pœnarum: item interminabilẽ esse penarum durationem, citra omnẽ euasionis spem & expectationem. Per huiusce modi profundarum cogitationum frequentia exercitia, reperies haud dubiè in corde tuo fontem aquæ viuæ: & lacicm hauries quasi ex alta terra. Quod si forte tamen, adeo sis in tuis sceleribus induratus aut excecatus, vt nullis omnino cogitationibus te queas inflectere: sicuti sunt & terræ quædã loca instar lapidis rigida, quæ ad fontẽ inue

niendum aut puteum extruendum non facile penetraueris, nisi malleis, cuneis, aut nõ nunquam etiam igne: ita & tu nonnunquã teipsum pœnis afficies, vt virgis cedendo ad exemplum Mosi, qui iussu domini bis percutiens petram abundantissimas excussit aquas: aut admouebis manus tuas siue pedes quatenus ferre potes igni, atq; hinc ita tecum cogitabis. O domine Deus quomodo perferre potero perpetuum illum ardorem ignis infernalis, qui huius ignis ne fumum quidem ferre queo? Ita omnem mouere lapidem debent, quo sese flectere tandem possint, qui pectore sunt rigidiore.

Num. 20. b

Quomodo lachrymæ ducendæ sint & conseruandæ, iis qui ad fletum faciles sunt. Cap. 18

SVnt tamen nonnulli quibus hic aquæ viuæ fons vel suapte sponte saliat, nimirum ijs qui natura sunt molles, aut peculiari quodammodo, vel diuini amoris dulcedine ad fletum propensi, ita vt vltro & citra suum conatum illachryment: imo non nunquam vix sese cohibeant á lachrymis, quoties quid audiunt commiseratione non indignum. His ergo industria quadam op' est,

est, qualem adesse cernimus iis, qui fontem aliquem habent terrestrem. Sunt autem hi soliciti de duobus. In primis curant, ne aqua ipsa inutiliter pereat: vnde per canales aut riuulos eo ipsam deducunt, vbi vsui est necessaria. Secundo solicitè aduigilant ne fontis ipsius puritas vsquam contamine tur, constructis in hoc plumbeis aut ligneis meatibus, lapideis receptaculis, cæterisq; aliis, in quibus aqua ipsa tutius seruetur a sordibus immunis. Hos ipsos æmulari debent quotquot sunt animo molliore, & ad fletum faciles. Principio cauere debent, ne precioſam hanc aquam lachrymarum peri re sibi sinant, & ne effundant frustra, vtpo te ob res transitorias. Quapropter solicitè per pias cogitationes eo ipsam deducant oportet, vbi vtiliter, nimirum ob res com ploratione dignas, aut ad salutem pertinen tes effundi possit: iuxta illud Dauiticum. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, qa non custodierunt legem tuam. Hac de re ita scribit insignis ille theologus Climacus dicens. Quando sine studio anima efficitur lachrymosa, compuncta, deuota, & mansueta, tunc curramus ad orationem, & interpellemus Deum pro nostris necessitatibus, quia dominus venit ad nos non

Psal. 118.

Cli. gra. 7.

inuitatus, & dedit nobis spongiam tristitiæ Deo placentis, de qua spongia exeunt aquæ refrigerij, scilicet lachrymæ deuotæ ad delendum nostra debita, quæ sunt scripta in libro iudicis. Conseruemus istam compũctionem sicut pupillam oculi donec nobis conceditur, quia habet maiorem vim & efficaciam, quam illa quæ venit per nostram solicitudinem. Secundo loco obseruare debet qui vel natura vel gratia ad fletum facilis est, ne aquæ huius fluxus alicubi intercipiatur, aut puritas eius vsquam vitietur. Hoc est, ab eis rebus sibi cauere debet, quæ lacrymas ipsas indignas reddere possent oculis diuinæ maiestatis, quæ sunt peccata: neq; persuadere sibi debet sese ab omni crimine esse immunem & Deo gratum, etiãsi cotidie sua commissa deploret, nisi summo studio ab ipsis sibi caueat. Nam vt lachrymæ sint magnæ virtutis, haudquaquam tamen à se eam habent virtutem, sed à corde vnde proficiscuntur: nempe quia illud vera redundat contritione propter ardentẽ quẽdam affectum diuini amoris: qui sanè magnus esse nequit, si semper prestet æque violenta ad peccandum propensio. Vnde scriptum est. Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit mortuũ, quid proficit lauatio illius?

Hucvsque Clima.

Eccle. 34. d.

Et

Et beatus Gregorius, Penitentiam agere inquit, est perpetrata mala plangere, & plãgenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, vt tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut dissimulat aut ignorat. Cauere insuper sibi debet eiusmodi, ne hinc sibi vanam hominum laudem aucupetur: sed contra potius donum hoc abscondere debet, & in abdito lachrymas suas expromere, vbi solus videt remunerator Deus. Nam vt fonti expedit vt per occultos meatus sub terra deducatur, quoties aliquo ducendus est, ita magnum præstatur subsidium purè expromendis lachrymis, si quis hãc gratiam abscondere studeat, & turbam defugiens, tam corpore quam animo, in sua se se contineat vnitate: iuxta illud Isaiæ. Recedite à me: amarè flebo. Præpediri quoq; imo nunquam etiam tolli consueuit hic spiritualium lachrymarum fons per nimias occupationes, perqúe turbulentos secularium negociorum tumultus, dum quis ita cor suum eiusmodi turbis inuoluit, vt interim adsurgere nequeat ad contemplandas res diuinas. Tum enim id illi contingit quod fontibus consueuit, quibus suus præpeditur fluxus, aut obturatur vena. Hæc de lachrymarum gratia, dignitate, & efficacia dicta sint:

Greg. hom. Euan. 34.

Isa. 22. 8.

quæ sane gratia homini ea rectè vtenti magnum adfert bonum. Quanquam interim nec despondere animum, nec nimia debet mœstitudine sauciari, cui forte hoc donum consequi datum non est: maximè cum Deus cor hominis intueatur magis, quam externum fluxum oculorum, vtpote qui plerunque vnicam lachrymulam gratiorem habeat ex syncero amore erumpentē, quā centum alias, ex modica quadam aut nulla contritione promanantes. Quam ob rem quisquis vera percellitur commissorum suorum contritione, cum certo proposito nulla vnquam alia deinceps perpetrandi, nihil addubitet præsto sibi iam esse diuinam indulgentiam. Nam vt Climacus ait. Ideo quibusdam non datur hoc donum, vt ex eius priuatione affligant seipsos cum suspiriis & doloribus & tristitia mentali, quæ loco cum supplent lachrymarum, sine periculo inanis gloriæ. Non parum enim confert ad depellendam animi plus satis sibi placentis arrogantiam, si quis tanto sese dono cogitet destitutum, qnod tam est efficax ad abluendas animæ sordes: ad animum hominis subleuandum & consolandum: ad impetrandum quicquid à Deo est ambiendū.

Cli. gra. 7.

Huc vsq; ille.

Ad

Ad hæc per talem sui deiectionem, & Deo reddetur gratus, & ipse secum aget securius.

Quod confessio necessaria sit ad salutem, quodq; laudabile sit, si generalis fiat confessio ab iis, qui nouum aliquod genus vitæ subeunt.

Cap. 19.

QVando iam de prima egimus pœnitentiæ parte, quæ est contritio, superest vt hic de secunda eius parte, nempe confessione tractemus: sed paucis interim, tum quod varij passim circumferantur libelli hac de re accuratè tractantes: tum quod nos etiam plenius de cordis contritione egerimus, quæ est pœnitentiæ pars præcipua, & efficax, ad recte peragendam confessionem subsidium. Proinde quisquis iuxta præmissam traditionem primum in studio parandæ & exercendæ veræ de peccatis compunctionis, gnauiter fuerit versatus, non perinde difficile illi fuerit sua peccata confiteri. Nam qđ quis confiteri erubescit, aut ex rubore

nonnulla ſubticet: item quòd pleriq; ſua crimina nec retinere, nec ſatis dilucidè poſſunt explicare, potiſſimum ex defectu contingit veræ contritionis: quod videlicet ſua crimina iuſta trutina non expenderint, neq; ex animo vt ſupra docuimus diſcuſſerint, quēadmodum id fieri re vera neceſſum eſt. Vt ergo de confeſſione nonnihil loquamur, in primis ſciēdum atq; adeo etiam credendū, nullum omnino crimen lœtale remitti, niſi Sacerdoti poteſtatem habenti cum cōtritione confeſſum: ſicuti ſemper tenuit & docuit Eccleſia, à ſuo exordio in hunc vſq; diem: id quod abundè multis probari poteſt exemplis: in quibus deprehendimus pleroſq; in baratrum eſſe detruſos, propterea quod flagitium vnum aliquod confiteri detrectauerint, quum tamen viderentur homines germanè chriſtiani ac ſanctimonia conſpicui. Alios præterea legimus abſq; confeſſione aut ſine legitima confeſſione è viuis ſublatos, meritis ac interuentionibus ſanctorum quorundam vitæ fuiſſe reſtitutos ad perfectè peragendam cōfeſſionem, ac deinde in domino rurſum obiuiſſe. Quis iam ita cæcutiat, qui ex his non videat, quam exactè Deus hanc confeſſionem expoſcat, ſine qua crimina ipſa abolere non vult, quum tamen

ea

ea aboleri misericorditer ordinarit? Omitto quomodo sæpius deprehensum sit nec impios spiritus latere confessionis huius efficaciam: quum frequenter magnis conatibus per immissum hominibus timorem pudorem aut desperationem contenderint cõfessionem impedire, & confitentes ipsos spiritualiter mutos reddere, quemadmodum id bene nobis demoniacus ille à Christo cu Mat.12.b. ratus insinuat, quẽ dæmon surdũ reddiderat & cæcũ & mutũ. Vnde pulchrè beatus Augustinus, nos adhortans, ait. Nolite timere Aug.ser.ad fratres in ere.30. peccata confiteri fratres, nã illud quod per confessionẽ scio, minus scio quã illud quod nescio. Cur confiteri times peccata. Peccator est qui audit peccata sicut & tu, & forsitan maior. Homo est, nihil differt à me: nihil alienum habet à me. Cur ergo times o homo peccator, homini peccatori confiteri? Elige quod vis, si non confessus lates, Huc vsq; ẽ le. inconfessus damnaberis. Aperi ergo o peccator os tuum in confessione, ne vrgeat super te puteus barathri os suum in morte. Pſal.68. Hæc ideo commemoro quòd hodie plerique reperiantur homines malè sani, qui cõfessionem ipsam explodere moliantur, asserentes constitutionem esse humanam recẽs excogitatam. O callidum diaboli commentum,

tum, ô sacrilegam superborum hominum versutiam. Asserere audent confessionem esse nouam inuentionem, cum tamen Christus ipse suis dixerit apostolis, & apostolorum successoribus. Quorũ remiseritis peccata remittuntur eis. Et rursus. Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: quod sane sacerdotes ipsi præstare nequeunt, nisi quæ liganda ad pœnitentiã sunt, & quæ contra soluenda, primum per confessionem cognouerint. Verum quando hoc hominum genus plerunq; adeo excæcatum est, vt nihil velit intelligere: & rursus adeo arrogans, vt nihil velit audire nisi quod ipsi est persuasum, animus nõ est, prolixius aduersus eiuscemodi contendere: Non enim (inquit sapiens) recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quę versantur in corde eius. Cæterum beneuolis christianis illud habeatur pro indubitato, confessionem in ecclesia fuisse ab ipsius exordio, vt liquere potest ex veterum scriptorum monumentis, nominatim Dionisij, beati Pauli discipuli, & beati antistitis ac martyris Cypriani, qui paulo post ducentos à Christo passo annos claruit. Hinc ergo manifeste falsum deprehenditur, confessionẽ nouum esse inuentum cupidorum sacerdo-

Ioan.20.c.

Mat.18.c.

Pro.18.a.

tum.

cum. Adde quod nulla vsquam reperiantur decreta, in quibus confessio ipsa legatur instituta, vt vel hinc argui possit, semper in vniuersali ecclesia ab ipsis apostolorum tẽporibus confessionem fuisse vsitatam. Sed & si donetur non ab ipso Christo dũ in terris ageret, sed ab apostolis aut alijs ecclesiæ præsidibus ipsam esse indictam, non minori tñ religione obseruari debet, quam si ipsius esset Dñi ore indicta: maxime cũ ipse pollicitus sit multa se tandem per spiritum sanctum referaturum discipulis, quę per se ipse tradere propter eorum imbecillitatẽ nolebat: deinde etiam quum eisdem potestatem contulerit ligandi atq; soluendi, quę ligatio atq; solutio non modo de condonatione peccatorum, verum etiam de obligatione bonarum constitutionum ab ipsis ordinandarum intelligenda est, quibus ecclesiæ primates obligare, & ab eisdem absoluere homines possunt prout visum fuerit expedire. Quod Christus etiam per illud confirmauit quod dixit. Qui vos audit, me audit & qui vos spernit me spernit. Liquet ergo ecclesiæ præsidibus potestatem à Deo esse traditam leges condendi, atque etiam abrogandi, sicut ipsis visum fuerit expedire. Quas sane leges qui contemnit, non hominem contemnit, sed eum, qui talẽ homini Luc. 10. c.

dedit potestatem. Exemplum sumi potest ab ipso Imperatore, qui non modo per se nouas leges in sua ditione præscribere, & veteres potest abrogare in Reipublicæ cõ modum, verum etiam per suos commissari os & cancellarios vnâ cum concilio, quibus autoritatem confert, vt quicquid statuunt aut decernunt, non secus ratum habeatur, quam si ab ipso esset decretum Imperatore. Quare non iniuria dicti cancellarij seu præ fecti vna cum suo concilio seu magistratu dum quippiam mandant, statuũt, aut decer nunt Cæsariæ idipsum Maiestati adscribũt, quæ quanquam corporali illis non adsit pre sentia, adest tamen autoritate. Idem sentiẽ- dum de diuina maiestate & Ecclesiæ præsi dibus, quibus Deus summam prestari vult reuerentiam atq; obedientiam, veluti diui- na vtentibus potestate. Hac de re sermonẽ
er. protulit notatu dignum beatus Bernardus, ita dicens. Quicquid homo potestatem ha- bens à Deo, præcipit, quod non est Deo cõ trarium, non aliter accipiendum est, quam si à Deo esset mandatum. Quod si vero qui his refragentur, nolim cum eiusmodi con- tendere, quippe qui habeam illos iuxta pre ceptum Euãgelicum Matthæi capite, deci mo octauo, pro ethnicis & publicanis. Vn-

de neq;

de neq; ijs hæc ipsa coacernamus aut scribimus, sed beneuolis duntaxat & modestis ecclesiæ filijs, qui humiliter obseruant & credunt, quæ seruanda & credenda sancta precipit ecclesia, siue ea scripturis aut rationibus doceat, siue non. Hi ergo sciant & credant confessionem ad letalia crimina abolenda (si fiat vt oportet) necessariam, quod ad venialia vero attinet apprimè esse vtilē & salutarem. Et ideo quisquis se totum cupit conuertere ad Deum, & à mundana vita transire vult ad vitam spiritualem, aut à scelerosa ad vitam sanctam, consultum illi fuerit si tum confessionem sibi renouet omnium totius ante actæ vitæ commissorum, quę verisimiliter credit esse letalia, sicuti id consuetudo habet tam in ordine Carthusianorum, quam in alijs plerisq; vitę institutis. Quæ quidem consuetudo commendabilis est certis de causis. In primis ratio ipsa id postulare videtur, vt qui nouam cupit apprehendere vitam, pœnitentiam acturus de tota sua vita preterita, non modo per contritionem deploret transactæ vitæ suæ indignitatem, verum etiam agnoscat per generalem confessionem, quo videlicet per erubescentiam tanquam per opus summæ humilitatis perfectius à vitijs omnibus expurgetur.

Aug. lib. de ve. & fal. pœ. cap. 10

getur. Nam vt beatus ait Augustinus. Quã to peccator pluribus cõfitetur, in spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius conse quitur misericordiam remissionis. Deinde quoniam pleriq; agitari consueuerunt molestis quibusdam conscientiæ scrupis, quib. mirum in modum inquietatur mentis tranquillitas, impeditur deuotionis gratia, & spiritualis profectus retardatur, dum videlicet peccator sibi metuit, ne olim in sua iuuenta parum syncerè sit confessus: quæ sanè inquietudo multis contingit, propterea quòd iuniores in adolescentiæ suæ flore, & mundi huius agentes voluptatibus, à cõfessione germanè peragenda præpediri consueuerint, pudore, ignauia, aut defectu contritionis & discussionis: ideo consultum fuerit pœnitentiæ perfectionem resarcire atque redintegrare. Contingit ad hæc non raro quibusdam in confessarios incidere in instruendis confessoribus parum peritos, parumq; sedulos, vt omnino satius sit confessionem apud eruditiorem aliquem resumere. Quanquam interim nemo hic plus iusto anxiari debet, puippe qui non ignorare debeat generalem hanc confessionem apprimè quidem esse vtilem, attamen non prorsus necessariam, nisi forte de confessione

non

non integrè facta & non repetita certo constet, aut aliquid subsit certæ rationis.

Quòd confessio debeat esse aperta, humilis, & verecunda, ita tamen vt nihil præ verecundia reticeatur. Cap. 20.

AD confessionem certæ quædam requiruntur conditiones: quarum aliæ quidem necessariæ, aliæ accommodæ sunt ad ipsam dignè peragendam. Prima est, quod confessio debeat esse aperta, non amictu aliquo verborum obumbrata: quo peccata ipsa leuiora videri possint, q̃ re vera sint. Sunt enim nonnulli qui confitentur quidem, sed interim quantum possunt eleuant sua crimina, asserentes sese nõ perinde prauo affectu ea commisisse, etiam si alioqui supra modum grauia sint: aut inuitos eo fuisse pertractos: aut per imbecillitatem lapsos, aut violentia tentationis se fuisse deuictos. Imo quod deterius est, nonnulli Deum ipsum incusant, dicẽtes se ab ipso fuisse destitutos, & ipsius ope non fuisse adiutos. At qui rectè vult confiteri, seipsum accuset oportet, nemo enim inuitus cogit, ad consentiendum iniquitati. Nam etsinõ nunquam ad peccandum rapiamur violẽtia quadã

Aperta.

quadam cupidinis, timoris, ſupplicij, aut rei cuiuſuis alterius, nobis tamen id potiſſimũ imputandum eſt, qui ſolicitationibus non reluctamur, qui ſtrennui nõ ſumus in ſtudio pietatis, qui diuinam opem precum inſtantia non imploramus, quæ nos aduerſus omneis ingruentium tentationum procellas tã internas quam externas, munire poterat & tueri. Decet quoq; in confidendo humileis exhibere corporis geſtus, genuflexionem, manuũ coniugationem, humilem & verecũdum enunciandi modum, ſumpto in omnibus & ob oculos poſito exẽplo Chriſti, noſtri gratia magna cum humilitate conſtituti pro tribunalibus Pilati. Nam vt beatus ait Auguſtinus, non aliâs citius à diabolo ſuperamur, quam dum illi per ſuperbiam ſimiles ſumus, neq; aliás citius illũ deijcimus, quam dum per humilitatem dominũ ſeſum imitamur, neq; vnquam inimicum noſtrum magis affligimus, quam dũ vulnera animarum per confeſſionem & contritionem ſanamus. Ideo autem verecundã decet eſſe cõfeſſionem, quia latrones facti ſumus dũ animas noſtras aut aliorum per peccatũ occidimus. Quamobrẽ æquum eſt, vt ad ſacerdotem veluti ad agentem vice Dei iudicẽ accedamus, cũ rubore & humilitate ipſius nos prouol-

Humilis

Aug.

Verecũda.

prouoluentes pedibus, ſicuti rei facere conſueuerunt ante iudicem quem ſibi cupiunt eſſe propitiũ: deinde etiam quia pudor ipſe in confeſſione meritorius eſt, atque ad tollendam pœnã efficax. Quomodo enim (inquit Auguſtinus) verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia. Bernardus quoq; ideo peccatoribus præceptam eſſe confeſſionem tradit, vt pudor illis loco pœnæ eſſet. Et re vera ſi exactè trutinemus vitę noſtræ ignauiam & indignitatem, eamq; ante oculos diuinę maieſtatis & apud ipſius vicariũ aperiamus multas & magnas reperiemus rationes, quare merito debeamus erubeſcere. Aug de ve. & fal. pœ. c. 10 Ber.

Nam ſi laici ſuam expendant vitam, deprehendent ſe ne vnam quidem horam ſingulis diebus impendiſſe obſequio diuino, quũ tamen chriſtianiſmi ratione omni deberẽt hora animo Deo eſſe dediti: quod ſanè factu haud eſſet difficile, ſi modo huic ſeſe exercitio vellent accommodare, & ſi tantum adeſſet pietatis ſtudium quantum adeſt parandæ rei temporalis. Longè tamen maiores habent iuſti ruboris cauſas monachi illi, qui quũ pro cotidiano ſuo exercitio ſedulo Deo obſequi elegerint ac deuouerint, in Dei obſequio remiſſius agunt, vagi cogita

tionibus, verbi dissoluti ac futiles, actionibus inconstantes & inutiles, moribus incircuncisi: vt metuendum illis sit, ne aliquando audituri sint exprobrationem illam diuinam. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Satius sanè nobis esset si eundem Dominum audiremus ita admonentem. Tu confundere, & porta ignominiam tuam. Notanter hic dicit, porta ignominiam tuam, quum multi reperiantur, qui tam sunt ruboris impatiētes, vt erubescentiam suam portare omnino nec velint, nec possint: eoq; ignominiam suam apud sacerdotē in cōfessione cælant, nō exactē omnia sua crimina pandentes, nec penitus explicantes ipsorum grauitatem & turpitudinem. Quod sanè ingens est malum, atque adeo magna insipientia, pro modica videlicet ignominia vitanda, seipsum tradere ignominiæ & damnationi perpetuæ: veluti si æger quispiam cælanda sua detegere medico nollet, atque hinc se in vitæ suæ discrimen coniiceret. Vnde Christus. Qui me inquit erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet quum venerit in maiestate sua & Patris & sanctorum angelorum. Hoc est, qui hic quippiam iuxta Dei voluntatem agere, aut

Ier.3.b.

Ezec.16.f.

Luc.9.c.

vitare

vitare erubescit apud homines, tandem erubescere cogetur coram Deo & omnibus sanctis. Attamen si quis à natura ita impotenti quodam pudoris morbo laboret vt in explicandis suis commissis hæreat, aut memoria seu intellectu cæcutiat, aut ritubet, is eiusmodi morbum suum confessario exponet, succurri sibi postulans per sacerdotis inquisitiones. Tali enim voto quisquis ad confessionem accedit: & in eo perstat affectu, vt sacerdotem relinquere nolit, nisi prius omnibus peccatis plenè enunciatis, hic sanè quod sat est præstat, huiusq; magis affectum aspicit Dominus quam effectum. Nemo insuper ob ruborem euitãdum notos debet sacerdotes defugere, (sicuti quibusdam mos ignotos quærere confessarios, aut in latibulis, seu tenebris clanculũ confiteri, ne quo pacto possint agnosci) alioqui magnam sibi iacturam fecerit in laxando aut exoluendo supplicio peccatis ipsis commerito. Quo enim quis minus pudefit, hoc minus sua confessione meretur. Quandoquidem vt culpa remittatur, tanto tamẽ atrocior exigetur pœna, quãto erubescentia fuerit leuior. Adde quòd metuendũ sit, ne eiusmodi necdum plenũ concepe rit suorum admissorum odium, sed animo

adhuc sit multum superbo, vt pote qui ferre nec possit nec velit, vt apud notum sibi sacerdotem erubescere. Quod si vero eo sit animo, vt citius cõfessionem omissurus sit, quàm confiteri sacerdoti cognito, huius confessio quam apud ignotum facit nulla est.

Quòd confessio fieri debeat purè & ex syncero erga Deũ amore, & ex vera de peccatis contritione: quôdque confessarij quærendi sint maximè idonei. Cap. 21.

NEcesse est præterea confessionem esse puram & synceram, vt scilicet sub ipsa ea tantũ tractentur, quæ ipsam & cõfitentis conscientiã concernunt, non autem extraria, nec ad alienam conscientiam pertinentia: nam hoc pacto confessio ipsa occasionem præstare posset delinquẽdi. Debet quoq; & intentio esse syncera, vt confessio ex puro & syncero fiat erga Deum amore: quo videlicet gratũ ei præstetur obsequiũ, & eidem satisfiat. Nec enim coacta esse debet confessio aut consuetudinaria, aut ficta, sed recta intentione pura, cum certo proposito relinquendi peccata, ne de nobis dicat Dominus. Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorum longè est à me. Dominus enim noster animum magis spectat & intẽtionis nostræ scopum, quam externam

Mat. 15. a. & Isa. 29. d.

actionẽ.

actionem. Sunt namque qui statis confiteantur temporibus, sed consuetudine ducti potius quam pietate aut affectu seu voto vitæ melioris. Horum autem nonnulli certa quadam vsq; vtuntur confitendi forma, eadem semper repetentes verba, non secus quam si Pater noster recitarent, aut Aue maria: hi vt timendum est raro confitentur syncerè: sed aut plus aliquid aut minus quam commiserint agnoscunt. Verisimile etiam est huiuscemodi nunquam aut raro conscientiam suam discutere, sed ex arida duntaxat confiteri consuetudine. Alij ex more confitentur, atq; adeo citra pudorem & mœstitudinem: & vt ait Bernardus, confitendo quasi fabulam enarrant suorũ historiam peccatorum, ægritudines animæ sine confusione dinumerant: & penè sine pœnitentia, & sine affectu doloris: Et ideo ex sua confessione nullam recipiunt consolationem conscientiæ. Nam qui motum aliquem sentit pœnitudinis, facile mouetur ad luctum & fletum. Præterea quisquis bene confiteri desiderat, maximè qui grauioribus onustus est criminibus, circunspectus sit oportet in deligendo sacerdote digno & idoneo, qui & rectè instruere & confitentem possit absoluere: sicuti beatus

Vide tract. Ber. ad scriptũ de vita solicitaria. non procul a principio Huc vsque ille.

tradit. Augustinus libro de pœnitentia ita scribens. Qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam quærat sacerdotem scientem ligare & soluere: ne quum negligens circa se extiterit negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet & petit ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit: quemadmodum fere vsu venire consueuit dum cæcus cæco ducatum præstat. Quod haud dubiè contingit, quoties confessarij peccatores ipsos non satis diligenti cura perueſtigant: quoties crimina ipsa quum grauia sint non satis ponderant: quoties confitentes non erudiunt, corripiunt, aut solantur, prout peccatoris conditio expostulat: quoties offensarum pensationem non iniungunt pro ratione criminum: quo plerunque fit, vt peccatores sua commissa minus æstiment, citiusque in eadem relabantur, propterea videlicet quod confessarij non perinde magni ea æstimauerint, iuxta vetus illud vulgo iactatum prouerbium, Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. Proinde quisquis suæ habet rationem salutis sacerdotem quærat inter cæteros peritiorem & religiosiorem, aut certè benè idoneum, eandem

Au. de ve. & fal pœn. c. 10.

Hucvsq; ille

Mat. 15. b.

Am. in psa. 118. ser. 8.

dem hic adhibens curam quam corporali aliquo morbo laborantes solent, qui exercitatiores peritioresque medicos consulunt potius quam imperitiores. Nactus autem talem confessarium peccator totum sese ipsius committere debet arbitrio atque consilio, paratus pro abolendis peccatis omnia ipsius imperia & consilia nonsecus atque Dei vicarij adimplere. Illud etiam summopere probandum tanquam pium ac salutare, si qui idoneum nactus est confessarium non facile illum mutet, nisi magna aliqua cogente ratione. Ita enim confessarius tuus certiorem habiturus est tui notionem, & securius tibi poterit auxiliari atque consulere: atque adeo tu ipse ob maiorem erubescentiam amplius poteris mereri. Natura enim comparatum est, vt vehementiore rubore perfundamur, quoties post superiorem confessionem non modo non correcti verũ etiam in pristina aut etiã in tetriora vitia relapsi eidem cõfitemur sacerdoti à quo nuper fuimus correpti. Tum enim nonnuli alium quempiam quærere consueuerunt, cui compertum non sit idem crimen ab ipsis pluries fuisse commissum: atque ita non

perinde de illo pudefiunt. Verum eiusmodi planè seipsos fallunt, quum tanto minus sua confessione mereantur, quanto minus erubescũt. Adde qd' quanto sacerdos enormitatẽ criminũ min⁹ habet exploratã, tãto min⁹ potest opitulari atq; cõsulere. Quare illud maximè est cõsulẽdũ vtpote ad ipsius cõfessionis pertinens integritatẽ, vt quisq; plenè certiorem reddat suũ confessariũ, de sua cõuersatione statu & persona: & si quod est lętale crimen, in quod post acceptam ipsius in confessione absolutionem pluries relapsus sit, hoc ipsum non cælet, sed potius ingenuè fateatur toties iam idem se esse cõfessum, nec aliquam sequutam esse dicti criminis vel emendam vel fugam. Probabile ãũtem est, dum quis sic relapsus est, ipsum parum syncerè peregisse superiores suas cõfessiones: vtpote quod parum discussus ad tanti sacramenti susceptionẽ accesserit: ad quã si accessisset vt oportet, sensisset haud dubiè seipsum propter nouæ gratiæ infusionẽ non paulo firmiorem, atq; in vitanda ipsius criminis occasione non paulo cautiorem diligentioremqúe. Verum quum post sacri mysterij susceptionem non minus se sentiat ad maliciam perpetrandam paratum, expositum & procliuẽ quam

quam ante, verisimile non est illum aliquã consequutum esse gratiam: quinimo probabile est parum dignè illum propter culpã aliquam tantæ rei mysterium pertractasse.

Quòd confessio debeat esse frequens, & quibus expediat confessionem repetere, & quibus non. Ca. 22.

OPtima quoq; confessionis cõditio est, si frequens sit, & si sæpe ad hanc peragendam se homo coaptet, maximè sub præcipuas quasque festiuitates: & mox vbi tetrius aliquod vitium deprehenderit se commisisse. Nam quemadmodum in corporalibus omnibus morbis medici suadent obstandum principijs, ita quoq; in peccatis animæ, morbis ac vulneribus faciendum: quæ longè facilius abdicantur, deplorantur, & condonãtur, si maturius adhibeatur contritionis, confessionis, & pœnitentiæ remedium, quam si serius. De cotidianis autẽ offensis cotidie confiteri summopere est laudandum. In confesso quidem est ecclesiæ auctoritatem non iubere nisi semel confiteri annuatim tempore videlicet celebritatis paschalis: verum qui hoc duntaxat obseruantes nullis vnquam confitentur temporibus alijs, vereor ne magis necessitate & humano metu aut pudore coacti confiteantur, quam ex diuino amore: atq; ita confessio ipsa aut nullius

nullius omnino aut certè exigui præcij est. Præterea quum pleriq; parũ firma sint memoria: & multi etiã in vita sua variis agitẽtur tumultibus negociorum: atq; adeo multa identidem committant flagitia, huiusmodi necessaria omnino est frequens cõfessio, modo confiteri cupiant syncerè: nisi forte sua commissa fideli possint memoria retinere propter cotidianã vitæ suæ discussionẽ, aut nisi diligenter ea studeant literis cõmittere. Ad hæc quũ vita ipsa omnibus sit incerta (videmus enim quomodo multi subito corripiantur morbis, & nonnulli etiam imparati hinc rapiãtur morte inexpectata:) quum morbi plerunq; tam sint inclemẽtes vt laborantes non sinant nec sua malefacta in memoriam reuocare, nec de commissis dolere, nec syncerè confiteri, nec condignã pœnitẽtiam atq; satisfactionem subire: denicq; quum pœnitẽtia in ęgrotatione facta plerunq; magis ex mortis timore proficiscatur quam ex desiderio salutis, aut amore diuino, longe consultissimum fuerit sæpius confiteri: & confessionem ipsam nunquam diutius differre, maximè dum quis crimini alicui se agnoscit obnoxium, quod certo aut probabiliter nouit esse mortale. Atqui non iniuria credi potest ideo dominum no

strum

strum in nonnullos inexpectatæ mortis animaduertere vltione, quo vel sic efficacius vnumquemque admoneret prospicientiæ, & subeundæ, dum tempus & locus suppetit, pœnitentiæ. Nam sicuti beatus scribit Augustinus. Ille qui tibi per patientiam promisit indulgentiam: non promisit tibi etiam prolixiorem vitam. Promisit enim Deus veniam pœnitenti, sed non promisit vsque in crastinum differenti. Sed hic iam quæri potest an expediens sit & laudabile, si quis vnum atq; idem peccatum confiteatur sæpius, idq; vel vni vel diuersis: sicuti reperiuntur nonnulli qui hac in re supra modum anxij & nunquã quieti nullũ faciunt cõfitendi nec modũ nec finẽ. Hic sciendũ, quod ad eos attinet, qui eius sunt cõditionis, vt molesta quadam diuexentur repetendæ confessionis libidine, semper sibi persuadentes nunquam se rite esse confessos, repetitionem confessionis non esse suadendam, propterea quod qui hoc vitio laborant, fere per eiusmodi confessionem non curentur. Illud autem maxime his suadendum est, vt peritũ sibi deligãt cõfessariũ, & eidẽ vni ac soli adhęreãt, totos sese ipsius consilio atq; arbitrio cũ humilitate cõmittẽtes: & expositis illi oibꝰ suis vexationibꝰ, plene in ipsius fidant

Au. trac. in Iohã. 33. d. Idẽ ser. ad fr. in her. 50

fidant & conquiescant circa hanc rem consiliis & consolationibus. Per eiusmodi autẽ subiectionem & humilem obtemperãtiam, plus inueniẽt tranquillitatis & quietis, atq; per centenas confessiones. Religio insuper illis sit suam potius sequi velle sententiam, aut consilium quam confessarij: atq; adeo pro detestanda arrogantia haberi debet suum sensum præferre sensui vicarij Christi. Porro quod ad alios attinet, trifariam potest confessio pluribus reddita esse vtilis. Primum propter maiorem erubescentiam bonam dependit partem pœnitentiæ. Secũdo expedit nonnunquam idem crimen pluribus confiteri ad requirendum consilium. Tertio ad habendum plurium subsidium, & ad impetrandas diuersorum sacerdotum interpellationes. Quippe quum sacerdotes sint inter Deum & hominem mediatores, iubetur peccator quisq; illis cum humilitate sua commissa detegere, vt ipsi pro peccatoribus dignentur intercedere, iuxta illud Iacobi. Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Vnde liquet quod sacerdos quisq; peccatoris excipiens confessionem, peculiariter obligatus sit pro ipso interpellare. Proindequo quis confitetur pluribus, tãto sibi plures parat ac

Iac. 5. c.

ratac deuincit sui criminis deprecatores. Hæc de confessione breuiter dicta sint; de qua & alia multa tradi poterant, nisi varij vbiq; extarent libelli copiosissime hoc argumentum tractantes. Hac igitur supersedentes, ad tertiam properamus pœnitētiæ partem.

Quòd Deus de commissis omnibus satisfactionem exigat, etiamsi nulli legatur satisfactio imposita à Christo. Cap. 23.

TErtia pœnitentiæ pars satisfactio est, quæ non est aliud quam afflictio quædam, seu labor quo homo crasso suo affectui molestiam adfert ad satisfaciendū iustitiæ diuinæ, quæ nullum omnino peccatum decreuit ita prorsus abolere, nisi peccator ipse tantū subeat, ferat, aut sibi irroget doloris, quātū ex suis cōmissis accepit pra uæ voluptatis: aut quantum per offensas proximo intulit molestiæ. Nullam enim offensam patitur diuina iustitia esse inultam. Præstatur autem hæc satisfactio per varia pietatis opera, cuiusmodi sunt ieiuniū, precatio, eleemosyna, peregrinatio, aduersæ valetudinis, algoris, æstus, & cæterarū molestiarum vltro à nobis ad Dei gloriam, & ad emendanda peccata susceptarum voluntaria perpessio. Cæterū quando nemo mortalium

talium certo exploratũ habere potest, quantum afflictionis Deus exigat pro quolibet commisso, (grauitatem enim peccati solus habet Deus perspectam) haudquaquam sibi quisquam placere debet de modica aliqua pœnitentia pro grauibus commissis: quinimo si pœnitentiarius ipse in designanda pœnitentia fuerit indulgentior, tenebitur peccator, aut petere ab illo, aut per se vltro sibi assumere seueriorem, alioqui tandẽ aut per ægrotationẽ aut per aliam aliquam vexationem, aut certe per ignem expurgatorium, quæ est satisfactio omnium atrocissima, daturus pœnas longè duriores: quandoquidẽ id ratio expostulat diuinæ æquitatis. Debitor si æs alienum non dissoluat volens, dignus est qui maiori suo malo legum rigore compellatur ad solutionem. Sed hic quęret fortasse aliquis. Cuinam rationi nititur, aut quo scripturæ loco comprobari potest, deũ à nobis exigere pœnitentię satisfactionem, maximè quum peccata laxari constet, vel per solam cordis contritionem? Planè enim aduersari videtur immensæ Dei misericordiæ, quod peccata plenè non eluantur, nisi congrua accedat pœnæ alicuius satisfactio: refragari videtur operibus Christi per sacra nobis euangelia proditis, vbi quũ ipse peccatoribus

catoribus cõmissa laxaret, nulli vnquam satisfactionem indixisse, sed duntaxat ne amplius peccarent, imperasse. Matthæum, Zachæum, Magdalenam, mulierem in adulterio deprehensam, & alios complures veniã consequutos legimus: satisfactionem illis indictam non legimus. His respondere, extra nostrum institutum est: neque enim incredulos hic erudiendos aut reuincendos suscepimus, de catholica ecclesiæ fide dubitantes, & errantes, (quorum sanè hodie magna vbique copia est) maximè quum quotidie experiamur, quam nihil apud eiusmodi, disputationibus, rationibus & scripturis proficiatur, quod fere sint in suis erroribus obcæcati, & à Deo prorsus destituti: nihilominus tamen quo fideles ipsi magis in sua fide solidentur, aduertendum hoc loco mysticã scripturam multis in locis palam indicare Deum esse & iustum pariter & misericordem: quemadmodum Dauid apertè contestatur, dum ait. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, hoc est æquitas. Et rursum vbi ait. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Vnde beatus Augustinus: Deus inquit misericors & iustus est. Sicut cõseruat misericordiam in iustitia, ita iustitiã in misericordia.

Ioh. 5. c. & 8 b.

Psal. 24. Psal. 84.

Aug. lib. de ve. & fal. pœ. cap. 10

Opus

Opus enim est peccanti peccata dimittere, sed oportet vt iustus misereat iuste. Oportet enim vt nō solū quid, sed in quo doleat peccator, consideret: si dignus est non dico iustitia, sed misericordia. Hoc idem vel maxime liquet in opere nostræ redemptionis. Opus enim visum fuisset inæstimabilis cuiusdam clementiæ, si (quod in diuina erat potestate) genus humanum redemisset, & vinculum illud perpetuæ damnationis dissoluisset citra passionem & mortem Christi Iesu: aut si (quod æque in Dei erat potestate) postea quam Christus per perfectā suam obedientiam & mortis toleratiā, pro peccatoribus omnibus dependerat, omnes homines ad gloriam admisset cœlestem, absq; omni hominum merito, labore, afflictione & morte: verum quia misericordia in Deo semper cum iustitia coniuncta est, diuinæ visum fuit voluntati, ne genus humanum secus diuinam assequeretur indulgentiam quam per mortem & diram afflictionem agni immaculati Christi Iesu: & ne quis omnino quamlibet fidelis & sanctus in regnum ingrederetur cœleste Christi nobis morte reseratum, nisi prius propriæ mortis tolerato supplicio: atq; ita vbiq; misericordia temperata cernitur æquitate iustitiæ.

Vnde

Vnde quemadmodũ crimen omne fere cõmittitur tam per prauam animi voluntatẽ, quam per carnalem aliquam ab opere ipso proficiscentem voluptatem, ita & pœnitẽtia duabus rebus constet necesse est: nempe animi contritione, & corporali aliqua afflictione. Quod autem Deus vel pro laxatis criminibus talem requirat satisfactionem, non ex defectu diuinæ misericordiæ, sed pro ratione fit diuinę iustitię, quo videlicet etiam hæc eluceſcat, & eidẽ fiat satis. Quin etiam prudentia id diuina efflagitat, quæ non nisi per eiusmodi compensationẽ piacula decreuit abolere: quo videlicet mortales ita efficacius dehortarentur à flagitijs, si cognoscerent se haud fore impunitos. Vetus autem & protritum verbum est, Facilitas veniæ incitamentum tribuit delinquendi. Porro ad illud quod nonnulli obijciunt, Christum ipsum nulli indixisse pœnitentiã dũ in terris agens peccata condonaret, hinc arguentes nõ aliam cuiquam indici debere admissorum pensationem, quã animi cõtritionẽ, & propositũ deinceps peccata relinquendi, non ineptè responderi potest, quod Dominus noster discipulis respõdit beati Ioannis baptistæ, scisscitãtibus quur ipsi & pharisei frequentius ieiunarẽt, discipuli aũt

Am. in psa. 118. ser. 8.

Mat. 9. b.

Iesu non item, ita dicens. Nunquid possunt filij sponsi lugere quam diu cum illis est spõsus? Venient autem dies quũ auferetur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt. Quibus verbis Dominus noster indicare voluit post mortem suam suos discipulos perfectè tandem à Spiritu sancto instructos longè seueriori viuendi ratione victuros, per ieiunia, & alia austera opera, quæ ipse ab illis dum viueret non exegisset. In vita enim sua non omnia illis pandebat, sed neq; seueriora ab ipsis flagitabat, vtpote adhuc imbecillibus, sed distulit quædam opportunius tandem per Spiritũ sanctũ discipulis tradenda, qui & ipsi quasi per manus traderent suis posteris: veluti de pœnitendi ratione, & aliis nõ paucis. Secũdo respõderi potest quod Dominus noster ijs quibus ipse cõdonabat peccata tantam contulerit mentis compunctionem vt exteriori & ampliori pœnitẽtia nihil fuerit opus. Tertio responderi potest quòd Christus quanquã peccatoribus nullã prescripserit pœnitentiæ satisfactionem verbis externè prolatis, hoc aut illud fieri iubẽtibus, tacitè tamen intus ingesserit vel tunc vel certè tandẽ per Spiritũ suum, quid pro condonatis etiã criminibus esset subeundũ quemadmodũ sanctissimus ille rex Dauid,

idem

idem & Christi typus & propheta præsignauit, quanquã magna vsus sit inflagitiosos quosdam clementia, dũ ipsi adhuc floreret ætas, veluti in impiũ illũ duorũ innocẽtiũ peremptorẽ Ioab: & rursus in iniquum illum regis à facie Absalom filij sui fugiẽtis exprobratorem: moriturus tamẽ eosdẽ per filiũ suum Salomonem iuxta impertitã ipsi à Deo sapientiam plectendos & affligẽdos mandauit, ne tantũ illorũ scelus maneret in ultũ: Non q; Dauid vir alioqui mitis vindicandi dati sibi probri fuerit cupidus: sed q; moribundi iam conscientia testaretur tanta flagitia haudquaquam citra omnem pœnitentiæ pensationem, correctionem & pœnam debere remitti: quare hoc ipsum veluti per testamenti obligationẽ adimplendũ commisit suo filio, vtpote agnoscẽs se ea in re iustitiæ diuinæ deuinctũ. Ad hunc modũ & verus noster dauid Christus suis apostolis alijsque ecclesiæ præsidibus vicarijs suis in mãdatis dedit ne ipsorũ malefacta sinerẽt impunita, etiãsi propter cõtritionẽ prius essent condonata: & licet ipse nusquã in sua vita scribat à quoquã satisfactionẽ exegisse: quippe q hoc negocij iudicauerit potius cõmittendũ alijs. Idẽ hoc & ex facto quodã Mosi Dei & prophetæ & familiaris amici

2. Reg. 3. e.

2. Reg. 16. b.

3. Reg. 2. a. b

discere licet: de quo scribitur, quòd quum post conflatum & adoratum à populo isra helitico vitulum, Dominum pro impetran
Exo.32. da tam detestandi cultus venia, interpellas set, tandemq; diuinam super hac re clemen tiam multa prȩcum instantia exorasset: nihi lominus tamen seuera adhuc punitione in populum pro tam nefario vindicando cri mine animaduertit, viginti tribus hominũ
Exo.33.a. milibus crudeli cede peremptis. Quo per acto rursus nihilominus ad implorandam diuinam clementiam est regressus: & po pulum excitans ad luctum, omnẽ iussit de ponere vestium ornatum, quo vel sic venia impetraretur absoluta, hoc ipso indicans perfectam commissorum veniam non im petrari sine magno negocio & nulla crimi na laxari debere citra aliquã animaduersio nem. In hoc autem opere Moses inter Deũ & impiũ populum & fidelem præstitit in terpellatorẽ, & iustum pacis conciliatorẽ. Apud dominum enim fideliter præcabatur populi salutem, donec se intellexit auditũ: apud populum vero causam agebat Do mini, verbo simul & facto illis manifestans & quam grauiter altissimum offendissent, & quòd tantum scelus haud quaquam de buerit relinqui impunitum: dum videlicet

tam

tam ſeuera animaduerſione in populum eſt graſſatus, ita & diuinæ æquitati ſatisfaciens, & ſimul populum à tali ſcelere rurſus perpetrando deterrens.

Quod peccator quiſq; dum in viuis eſt adniti debeat, vt pro ratione ſuorum criminum Deo ſatiſfaciat. Cap. 24.

QVando Dominus ita à nobis ſatisfactionẽ expoſcit iuxta criminũ immanitatẽ & multitudinẽ, omni cura aduigilare quiſque debet, vt dum in viuis eſt, hanc ſatiſfactionẽ per precationes, per ieiunia, per eleemoſynas, per afflictiones, per tolerantiam pudoris, damni, iniuriarum morborum, terrorum, & cæterorum omnium quæ Deo permittente mortalibus ingruunt malorum, poſſit præſtare: potiſſimum tamen per condonationem offenſarum. Nam inter cætera omnia hoc opus lõgè eſt ad eluenda & diſſoluenda crimina efficaciſſimum: dum videlicet alienas offenſas libenti animo citra omnem vindictæ cupiditatem & rancorem toleramus & condonamus. Quum ergo nos cõtingit à quopiã moleſtijs affici, lædi aut affligi, etiãſi atrox nobis videatur fieri iniuria, patienti id debemus animo pro admiſſorum noſtrorum expiatione, proq; facienda quam à nobis

Deus expoſcit ſolutione tolerare: imitantes in hoc Dauidis exemplum, qui quum filium ſuum Abſalom fugiens maledictis atque adeo lapidibus impeteretur ab impio quodam viro nomine Semei, & interrogaretur ipſe Dauid à ſuis vellet ne de illo ſumi vindictam, hoc fieri vetans itareſpondit. Quid mihi & vobis eſt filijs Saruiæ? Dimittite eum vt maledicat. Deus enim præcepit ei vt maledicat Dauid. Et quis eſt, qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Dimittite eum & maledicat iuxta præceptum domini, ſi forte reſpiciat dominus afflictionem meam: & reddat mihi dominus bonum pro maledictione die hac hodierna. Sperabat enim rex pius afflictionem illam atque exprobrationem ſibi in compenſationem fore veterum ſuorum flagitiorum, ob quæ ſe interpretabatur à Domino merito affligi. Quæ etſi iamdudum eſſent per diuinam clementiam laxata, necdum tamen plenè erant iuxta diuinæ iuſtitiæ æquitatem penſata. Dico ergo ſumma omnibus opus eſſe cura atque ſedulitate, quo ritè poſſint Deo pro commiſſis ſatiſfacere. Quæ ſane cura noſtris hiſce temporibus longè

a. Reg. 16. b.

debet

debet esse solicitior quam fuerit olim, quando & ecclesiæ præsides sanctiores prudentioresque, & subditi erant humiliores & obtemperantiores. Tum enim peccatoribus pœnitentia præscribi consueuit iuxta quod postulabat delictorum enormitas & multitudo, nimirum seuera pariter & prolixa, sicuti palam iura testari possunt ecclesiastica. Pro vno enim peccato enormiore, quale est adulterium & latrocinium &cæ. pœnitentia indicebatur duratura spacio septem annorum, certis interim designatis diebus, quibus ieiunandum & abstinendum erat ab vsu carnium & vini aut aliorum. Quod si vero crimen fuisset enorme & cum hoc etiam publicum, magno cum delinquentis rubore pœnitentia designabatur publicitus coram ecclesiæ cœtu præstanda, quemadmodum hodie delinquentes corrigunt iura imperialia, non sine ingenti ipsorum rubore. Tunc peccata laxabantur corrigebantur & abdicabantur longè quam hodie syncerius & verius: tunc rara admodum purgatorij ignis habebatur mētio: sed nec passim audiebantur animę in purgatorio detentæ per formidabiles apparitio

nes mortalium efflagitantes subsidiũ, sicuti temporibus subsequentibus, auditę sunt: vt hinc probari possit longè quam hodie pauciores animas eo ablegari solitas. Dũ enim sese à morralibus tuebantur criminibus, & sedulo studebant probam ducere vitam, facile ignẽ euadebant purgatoriũ, cotidianas offẽsas cotidianis expiantes tũ præcibus, tũ aliꝭ spiꝭs operibus: Aut si grauioribus fuissẽt vitiꝭs obnoxij, dũ ad correctiorem se vitam cupiebant transferre, talis indicebatur pœnitentia, quæ ad eluenda crimina erat quodammodo sufficiens, quando certè religioso peragebatur affectu: atq; ita longè plures cruciatum illum euadebãt quam hodie, aut certè non perinde prolixo & cruciabili afficiebantur supplicio, atq; peccatores moderni, qui pro grauissimis offensis vix leuẽ aliquam subeunt pœnitentiolam: & hinc plerunq; maximis obstricti debitis demigrant, quæ tandem sęuissimo coguntur supplicio diuinæ iustitiæ persoluere. Sed dixerit iam hic fortasse aliquis. Qui fit ergo, vt pœnitentiarij & ecclesiæ præfecti tam sint hodie in prę scribẽdis pœnitentiꝭs clemẽtes, vix habita ratiõe grauitatis iꝑorũ criminũ, quũ inclemẽtius peccatores ipsos ad pęnas

mittant

mittant longè cruciabiliores? Hic respondent theologi, id ita fieri, & receptum esse ob magnum subditorum torporem & obstinationem, qui ægerrimè ad molestiorem aliquam pœnitentiam subeundam possunt adduci. Olim enim nonnulli etiam confiteri refugiebant seuerioris pœnitentiæ timore: atq; ita plerique dum propter metum eiusce modi confessionem aut procrastinarent aut omnino negligerent, hinc emigrabant citra beneficium absolutionis, quod animaduertentes ecclesiæ primates, pœnitentiæ præscriptiones committendas decreuerunt discretioni sacerdotum, qui iuxta pœnitentias indicerent iuxta confitentium qualitates vires & promptitudinem. Verum hæc res eo iam multorum imperitorum sacerdotũ incuria deducta est, vt vix iam vlla habeatur pœnitentiæ ratio. Plerunq; enim confessarij, quo confitentium sibi fauores concilient & ne ipsos offendant, talem præscribũt pœnitentiam, quæ ne leuissimis quidem offensis eluendis par sit, tantum abest vt par esse posset expiandis grauissimis. Ad hæc inuenias pœnitentiarios & concionatores nonnullos, qui non aliud fere inculcant peccatoribus, quam vt omnem suam fiduciam in diuina collocent bonitate atq; clementia,

quod

quòd ea semper paratissima sit omnibus peccata cõdonare, modo ipsi parati sint resipiscere: at vero de diuina iustitia, de Deo reconciliando per vehementẽ animi contritionem, de subeunda condigna pro cõmissis pœnitẽtia, vix vllam faciunt mentionẽ, atq; hinc fit vt multi miserè decipiantur, & minus sibi studeant cauere à perpetrandis malis, dum palam audiunt tanta facilitate peccata passim laxari. Quin etiam eiusmodi concionatores & confessarij hodie maximè quærũtur, & vulgo etiã hoc nomine cõmendantur, quod doctores & patres sint pij & consolatorij: sed metuendum ne eiusmodi pij patres peccatores ipsos corrũpant verius quàm corrigant: quemadmodum medici & chirurgi officere consueuerunt laborãtibus, dum in curandis morbis aut vulneribus plus satis volunt esse humani. Sed seuera sunt quæ de his doctoribus pronunciat dominus per prophetã Ezechielẽ, adserens eos deceptores esse sui populi, q dicũt pax pax, quum non sit pax. Comparat autẽ eos litoribus absq; temperamento linentibus, quorũ litura ferre non potest iniurias hymbrium. Nam quemadmodum hi linunt absque commistione straminis aut fœni, ita illi diuinam semper replicant bonitatem & indulgentiã,

Eze.13.b.

Ibidem.

indulgentiam, nulla facta de diuina iustitia mentione: & continuo mortalibus inculcantes fiduciam & amorem, vix vnquã quicquam suggerunt de timore, & de angustia illa viæ quæ ducit ad vitam. Vnde etiã Dominus per eundem prophetam ita eis comminatur. Væ inquiens qui cõsuunt pul uillos sub omni cubito manus, & faciũt cer uicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiẽdas animas. Quibus verbis in eos inuehitur doctores & confessarios, qui omneis passim consolantur citra omnem iustã correptionem: qui docent fidendum in Domino absq; vllo timore, qui contritionem exigunt sine satisfactione: qui omnia omnium hominum peccata cruci imponunt redemptoris, adserentes Christum eorum omniũ in se vnum ac solum omne recipere peccatum, qui suam in ipso collocant fiduciam: quod sanè ita non est, quum ipso doctore singuli baiulare debeamus crucem nostram post ipsum, atq; adeo quantum vires & merita suppetunt, q; ex nostris debemus cõmissis exoluere debeamus vna cũ ipso. Quod vbi pro nostrarum præstiterimus quantitate virium, quod nostræ deerit cruci & pœnitentiæ, sua ipse cruce suisque meritis non dedignabitur abundè supplere. Ibidem. c.

Neq;

Neque enim tales sumus, qui vnquam illi solis nostris meritis possemus esse accepti.

De formidabili pœna ignis purgatorii, & vnde eadē consueuerit augmentari. Cap. 25.

POEnitentiæ satisfactionē passim nos docent veterum scriptorum & sanctorum omnium tum verba tum gesta: sicuti apertè cernere licet in ipsorum historijs. Legimus enim in vita venerandæ illius peccatricis Mariæ Aegyptiacæ, atq; item in alijs permultis sanctorum historijs, quemadmodum sua peccata castigarint atq; emendarint magna quadam & prolixa vitæ austeritate: re ipsa declarantes, quam sibi de suis peccatis displicuerint. Supra quoq; meminimus, quemadmodum olim pro vno quopiam peccato lætali pœnitentia indicebatur totum vnum continuanda septennium, & nonnunquam etiam eo amplius. Quippe quo status delinquētis erat altior, eo pœnitentia erat prolixior. Sacerdos enim in impudicitiam lapsus pro suo expiando cōmisso pœnitentiam subibat totum duraturam decannium. Pontifex vero non nisi annis decem & quinq; pœnitentiam suam absoluebat. Itaq; nemo sibi imponat, neque enim minor est hodie diuina iustitia quā fuerit olim. Quod hic non exigitur à sacerdote, aut

re, aut non pensatur a confitente, metuendū valde ne supplicio crudelissimo sit tandem pensandum in igne purgatorio. Atqui tanta est quorundam impietas, vt opus haberent vel totam suam vitam in pœnitentia exigere: atq; adeo ad monasticum sese institutum transferre. Tali enim pœna nonnulli olim mulctabantur. Scilicet in monasteriū sese aliquod abdere iubebantur, aut militiæ destinabantur contra hostes christianæ religionis, catholicam propugnaturi fidē, aut sanctam defensuri terram, idque certo temporis spatio, aut etiam totius tempore vitæ. Præterea de populo illo Israelitico legimus, posiea quam è terra educti Aegyptiorum terræ appropinquassent repromissæ, quomodo Moses duodecim destinarit exploratores ad lustrandam terram, quod & fecerunt peragrantes vniuersam illam regionem spatio quadraginta dierum. Regressi autem exterruerunt populum, detraxeruntq; terræ quam inspexerant apud filios Israel, ita vt murmurarit omnis turba contra Dominum, & vociferati sunt aduersus Dei seruos Mosen & Aaron cuncti filij Israel dicentes. Vtinā mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in

Num. 13. b.

Ibidem. c.

Ibid. 14. a

nus in terram istã, ne cadamus gladio &c. Quorum ingratissimũ murmur non ferens diuina iustitia, mox illos pestilẽtia erat per cussura & prorsus cõsumptura, nisi Moses interuentu suo diuinum mitigãs furorẽ veniã illis impetrasset. Nam dimisi inquiebat
Ibidem. d. Dominus ad Mosen, iuxta verbũ tuũ. Interim tamen pœnitentiam illis indixit, vt tot agerent annos in deserto, ꝓhibiti ab ingressu terræ sanctæ, quot fuerat terra ipsa explorata diebus. Quadraginta itaq; annis in horrida illa solitudine remorati sunt: & ꝓ singulis diebus singuli illis in pœnitentiam designati sunt anni. Annus inquiebat ꝓ die
Ibidem. f. imputabit: & quadraginta annis recipietis iniqtates vestras, & scietis vltionẽ meã. Super quo Origenes. Video inquit quod pec
Ori. ho. in Num. 8. catorũ in hoc ratio cõprehenditur & pœnarũ. Si enim vnicuiq; peccatori annus adscribitur ad pœnã pro vnius diei peccato: & secundũ rationẽ dierũ qbus peccatur, annorũ totidẽ numerus in supplicijs consummẽdus est, vereor ne forte nobis, q cotidiè peccamus, & nullum forte vitæ nostræ diẽ absq; peccato trãsigimus, ne ipsa forte secula aut etiã secula seculorũ sufficere possint ad pœnas luẽdas. In eo. n. q; populus ille ꝓ quadraginta dierũ delicto quadraginta annis cruciatur in

ciat in deserto, nec terrã sanctã introire permittit, similitudo quędã futuri iudicij videtur ostendi vbi peccatorũ ratio discutienda est. O igit nemo prętiosi tęporis huius opportunitatẽ ad verè pœnitẽdũ indultã, frustra sibi patiat excidere, nemo peccata sua hic prætermittat castigare, ita secũ reputãs: sic mis tradar purgatorijs licet, sum illinc tãdẽ aliquando eruendus. Certè quisquis purgatoriũ petit, nescit, planè quid petat. Nam de hoc ita beatus loquitur Augustinus. Hic inquiens ignis & si æternus non sit, miro tamen modo est grauis, excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est al quis in hac vita. De hoc etiam purgatorio horrenda extant exempla, in quibus magna ipsius nobis ostenditur acerbitas merito omnibus formidanda. De quo vir quidam sanctus vitam agens supra modum austeram testatus est, potius se toleraturum in hoc mundo ignei alicuius laci incendium, vsq; ad diem extremi iudicij, quàm pœnas gehennæ aut purgatorij. Legitur & de alio quodã, quod quum è viuis sublatus pœnas illas expurgatorias fuisset cõtemplatus, & rursus esset reuocatus ad vitã, tãtã subierit vitæ austeritatẽ, vt media bruma aquas ingredi solitus sit, & in ipsis tantisper hærere, donec vestes

Hactenus ille

Aug.

Au. de ver. & fal. pe. c. 18.

Vide Promptuariũ exempo. Discipuli.

gelu

gelu adglutinarentur ipsius corpori, atque ita balnei se tradebat caloribus. Hic quum interrogaretur quur nam id faceret, ita cuidam respondit. Si tu id vidisses quod ego, aut eadem faceres, aut his etiam maiora. Similes responsum dedisse scribuntur tres illi mortui sacco beati Hieronymi à mortuis excitati. Quum enim interrogarentur à Cyrillo, quur nam ita illachrymarentur, respõderunt. Ob immanissima quædam supplicia, quæ ex diuinæ iustitiæ æquitate parata vidimus omnibus peccatoribus. Quisquis enim vel semel ea fuerit intuitus, citius optaret tantum ferre cruciatum solus, quantũ omnes ferre poterant mortales ab Adã, ad hanc vsq; horam, quàm vel diem vnum experiri minimam aliquam pœnam siue gehẽnæ siue purgatorij. Proinde ô filij hominum
Psal. 4. vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vestro cum animo reputate ô mortales, quàm sit vanum, quàm fluxum, imo quàm nihil sit, quicquid hic mundus adferre videtur voluptatis: & rursus quàm īmania sint, quæ vos manent pro modica aliqua voluptate tormenta. Quum quidam (vt alibi scriptũ est) in pœnis purgatorijs vnicum exegisset mẽsem, in eisdem sibi visus est annos exegisse

plus

plus viginti. O nos infelices. Quid tandem sumus acturi. Toti vndiq; mademus vitijs, bibentes vt ait quidam, iniquitatem, non secus atq; aquam, & quum lætanter atq; incontanter in multa cotidie ruamus vitia, ne semel quidem serio subit animum, quã intollerabileis tandem daturi simus pœnas, etiam pro commissis leuioribus: quorum ingentem nobis vim coaceruamus, dum ea nihili ducentes cotidie delinquimus. O quã exacta à nobis exigetur pensatio omnium leuitatum, vanitatum, sermonum, operum, cogitatuũ, & indomitorum affectuum: Cuius rei veritatẽ inter multa prodigiosa huc spectantia exempla, vel ipsa Cosmæ & Damiani soror comprobare potest: quæ in ignæ purgatorio quindecim diebus pœnas dedisse scribitur, quod semel cum voluptate aspectarit quosdam in plateis tripudiantes atq; cantillantes. Quinimo & de sanctis quibusdam, qui mox post excessum ab hac vita miraculis claruerũt legimus, quod ad tẽpus in purgatorio remorati sunt: quẽadmodum beatus scribit Gregorius de Paschasio quodam, viro sane magnæ tum eruditionis tum sanctimoniæ: & quemadmodum de beato legimus Seuerino, quod hoc eodem igne multatus sit, propterea q;

Pro. 26. a. Autor ipsũ Iob allegat apud quem non repetio.

Gre. li. dial. 4. ca. 29.

precum horariarũ pensum sæpenumero absoluisset magna cũ animi distractione. Auget autem hunc cruciatum in primis & præ omnibus gloriæ illius cælestis & beatæ visionis ac fruitionis dilatio, propterea quod animæ in purgatorio remoratę maximo ad eam desiderio anhelent, vna cum Dauide dicentes. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Facit quoq; ad cumulum pœnæ dura dæmonũ exprobratio, qui animas sic destitutus nunquã cessant lacessere improperijs. Ipsarum enim personam præferebat Dauid quum diceret. Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie, Vbi est Deus tuus? Atq; item Christus quum cruci affixus à Iudæis audiret, Confidit in Deo: liberet eum nunc si vult: dixit enim quia Filius Dei sum. Auget insuper eandem hanc afflictionem propinquorum in hoc mundo relictorum infidelitas: dum videlicet defunctorum immemores, non ipsis studeant per se aut per alios præcibus eleemosynis aliisue operibus satisfactorijs opitulari. Quamobrem eiusmodi animæ

Psalm. 41.

Germana scriptura habet faciem.

Psalm. 41.

Math. 27. c.

di animæ sic solatio destitutæ ita cum Iob inclamant & ingeminant dicentes. Miseremini mei: miseremini mei, saltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Iob. 19. c.
Nonnullis præterea cruciatus ille purgatorius augetur dum se cernunt obliuioni tradi à suis hæredibus aut amicis, maxime quibus amplas pararunt ac reliquerunt diuitias: quarum occasione interdum circa propriam salutem & diuinum obsequium fuerunt negligentiores: dũ videlicet inimyci essent in solitudine ditandorũ & efferendorum heredum, quemadmodum in mundo multos inuenire licet, qui quo liberos suos multis cumulent diuitijs, tantis in sua vita inuoluuntur curarum implicamentis, vt hinc non pauca pia opera prætermittant, atque adeo multa etiam cotidianarum offensarum debita contrahant, quæ omnia exactè tandem coguntur dependere. Adde quod liberi interdum bonis à parentibus sibi relictis abutantur: atque hinc plerunque occasionem sibi sumant multorum maleficiorum, quæ fortasse haudquaquam committerent, si tantis nõ essent, cumulati facultatibus, aut si ipsi sibi eas suis parassent sudoribus: quod ipsum

parentum pœnam haud mediocriter noſci tur aggrauare. Itidem dici poteſt de nõnul lis monaſticam vitam profeſſis: qui interdum quo ſua monaſteria amplis lucupletẽt poſſeſſionibus atq; obuẽtionibus, varijs ornent ſtructuris, aut precioſis excolant eccleſiaſtici cultus ornamentis, adeo ſe curis obruunt terrenis, vt propter eas minus curent ſuam ipſorum ſalutem: ſtudium pietatis nõ raro illis poſthabeant, & negligant: profeſſioni ſui inſtituti minus reſpondeant. Qui ijdem magnam etiamnum ſuis poſteris prębent occaſionem dictis bonis propter nimiam ipſorum copiam abutendi, eoq; & ſyncerităt em profeſſionis ſuæ violandi: ſicuti fere videmus monaſteria vltra modum ditata raro diu in veræ diſciplinę puritate cõſiſtere: cuius certè mali eiuſmodi cogentur prælati reddere rationem.

Quibus maximè rebus poſſit quis pro peccatis ſatiſfacere Cap. 26.

IAm quoniam multa de peccatorum ſatiſfactione diximus, quæri hic poſſet, quibus nam rationibus, quibuſque rebus maxime poſſit quis ſatiſfacere. Hic ergo ſciendum omnia pia opera in ſtatu gratiæ exhibita,

exhibita, huic esse rei præstandæ accommoda, sicuti supra indicauimus: quanquam interim alia aliis sint accommodatiora. Pro diuersa enim mortalium conditione, alij his, alij aliis sunt operibus seu bonis præstãdis idonei, aut etiam aliis magis obstricti. Hic parum ardet pio erga Deum affectu, & in precibus tepidus est: ille imbecillo corpusculo est, & parum patiens laborum & abstinentiarum: verum quia idem magnis est à Deo donatus diuitiis, eoq; ad eleemosynas faciendas idoneus, ideo huic se exercitio maxime debet accommodare, idem secum animo voluens ac meditans, quod iniquus ille dispensator: qui vt historia tradit euãgelica profusorem egerat bonorum domini sui. Hic enim rationem reddere iussus delegatæ sibi functionis, ita suo cum animo consultans dicebat. Quid faciam? quia dominus aufert à me villicationem. Fodere non valeo: mendicare erubesco. Tandem commodo adinuento consilio de conciliandis sibi amicis per beneficentiam: Scio inquiebat quid faciam, vt quum amotus fuero à villicatione recipiant me in domos suas et cætera. Docentur enim hac parabola peccatores omnes, qui Dei sunt debitores, maxime si idonei

Luc. 16. a.

Ibidem.

non sint dignè offerendis. Domino præcibus, ac subeundis corporis castigationibus, vt crimina sua abolere studeant per opera misericordiæ. Sic enim alibi legi
Eccle.3,d. mus in arcana scriptura. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus prospector est eius qui reddit gratiam, &cæt. Vnde venerandus ille
Tob.4,b: senex Tobias ita filium suum scribitur erudiuisse. Fili inquit ex substantia tua fac eleemosynam: & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Si multum tibi fuerit abundanter tribue: si exiguũ tibi fuerit etiam exiguum libẽter impertire stude. Premium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniã eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat: & non patietur animam ire in tenebras, &cæt. Quamobrem inexcusabiles sunt omnes diuites, quotquot non studeant per benignitatis opera pro suis commissis (quibus plerunq; magis grauantur quam tenuiores) satisfacere. Nam vt demus nonnullos excusare se posse quòd impares sint grauioribus subeundis pœnitentiæ laboribus, aut digne fundẽdis Domino precibus, quippe qui talibus præstandis se cernant inhabileis: nihil tamẽ

obstat

obstat quo minus vacare possint operibus pietatis, quum in hoc amplis sint à Deo ditati mundi huius bonis: quorum ipsi constituti sunt dispensatores, vt ea vtiliter in subleuandis suis & proximorum (quibus talis forsnon obtigit) necessitatibus dispensent. Varia Deus prouidit mortalibus media, quibus & suas offensas pensare, & cœleste possint promereri regnum. Tenuioribus afflictio & egestatis tolerantia data est: ditioribus beneficentia imposita est: spiritualibus preces ieiunia cæteraque opera misericordiæ congruunt, quibus fere accommodatiores sunt religiosi, quam communi viuentes vita seculari. Sunt autem huiusmodi opera misericordiæ varia: quæ sunt consulere imprudentes: instruere rudeis: redarguere dilinquentes, condonare offensas, solari mœstos, patiēter tolerare imperfectiones proximorum, omnibus intercedere apud Deum. Peculiariter autem singulare quoddam misericordie opus est, præsidio præcationum, peregrinationum, ieiuniorum, aut aliorum id genus officiorum subleuare miseras fidelium animas in purgatorio agentes. Nec mediocre est bonum infracto animo perferre damna,

Ver. Consule casti'q;, doce, solare, remitte, ter, ora.

probra, afflictiones, cæteraque quæ Deus nobis immittit incommoda, quod hæc sint nobis veluti quædam antidota solutiones & cataplasmata quibus medeamur animæ nostræ morbis, & peccatorum nostrorum vulneribus. Quare quoties nos contingit in præsenti hoc seculo affligi, id dicamus
Aug. quod beatus dixit Augustinus. Hic vre ò Domine hic seca, vt in æternum parcas. Prudentem te hic mihi medicum exhibe, remedia adhibe prout meæ noueris expedire saluti: molesta sint, licet: nihil est quod hic ferre recusem, modo olim possim esse tutus, & sanitatem consequar animæ perhennem. Orabimus etiam optimum Dominum, vt tali hic nos dignetur gratia, qua possimus in hac vita plenè offensas nostras compensare. Et quanquam alijs alia cõgruant, & huic magis deprecatio seruiat, illi ieiunium, isti vero eleemosyna, omnibus tamen modis quisque conari, & nihil non facere debet, quo Deo possit gratificari, & delictorum debita exoluere. Potissimum tamen in ijs sé virtutibus exercere quisq; debet, quæ vitijs ab ipso perpetratis sunt contraria. Veluti qui per crapulam, libidinem aut alias voluptates carnis Deũ contẽpsit, hic è diuerso tantum debet carnem suã per

ieiunium,

ieiunium, sobrietatem, & similes molestias affligere, quantum se eidem meminit malè indulsisse. Qui per auaritiam aut iniustitiã peccauit, potissimum debet per eleemosynas pensare. Qui per superbiam, iracundiã, odium, aut inuidentiam peccauit, maxime debet per humilitatem & patientem iniuriarum probrorum, & iniustorum damnorum tolerantiã, satisfacere: secum reputans id esse æquitatis & rationis, vt id sibi fieri sustineat ab alio, quod contra æquitatẽ alij fecerit ipse. Docẽt nos hæc ipsa quotquot sunt vel fuere homines probatæ sanctimoniæ, docet nos ipsa natura quemadmodum singuli quiq; peccatorũ morbi curari propriè habeant per antidota virtutũ ipsis vitijs contraria. Proinde nemo omnino vllis parcat laboribus, sed ad impetrandã perfectam admissorum nostrorum indulgentiã per omneis contendamus vias ac modos, per suspiria, per lachrymas, per nostri humiliationem ante conspectum diuinæ maiestatis, aduersus quam tantum superbiimus, per verum mundi huius cõtemptum, cuius blandicijs illecti tã multifariã cõmisimus, dolẽtes atq; inhorrescentes, nõ modo propter facinora nostra retriora, verũ etiã propter cotidianos quarũlibet offensarum

næuos. Sed neq; parcamus ignauo huic corporis nostri asino, qui nobis iamdudum tãtam attulit prauis suis concupiscentijs pernitiem. Quin potius ne tandem & se simul & animã pertrahat in gehennã, castigemus ipsum cohibeamus & crucifigamus: crucifigamus inquã tãquam reum mortis. Satius est hic eũ vapulare, quã tandẽ vna cum anima in perpetuam precipitari damnationẽ. O quàm splendidos nobis fructus pararemus si illum totum animæ nostræ subigeremus obsequio. Quam certam consequeremur admissorum veniam, quam haud dubiè nunquam sumus cõsequuturi, donec benedicto Domino nostro tantam rependamus dilectionem, quantã eidem attulimus iniuriam. Nemo insuper sibi vnquam persuadeat absolutam se peregisse pœnitentiã quamlibet etiam ritè peracta confessione, & absoluta satisfactione, nisi pronitatem illam peccandi in se deprehendat eneruatã, & robur quoddam animi sit consequutus quo crimina omnia declinet & euincat: ad hæc nisi conscientiam sentiat iam per synceram erga Dominum fiduciam, esse tranquillam: deniq; & dulcorem quendam experiatur diuinæ dilectionis, dum se per pios cogitatus ac preces conuertit ad Dominum.

num. Tunc enim certo ſperare ac fidere poteſt plenè ſeſe cum Deo rediiſſe in gratiã, ſi poſt multas tandem imploratione& ſolicitudines eam conſequutus eſt gratiã, qua vitiorum omniũ ex animo perteſus ſuperiorẽ vitam impiè tranſactam puritate caſtigat vitæ incontaminatæ. Alias confidere ſuper multa Dei bonitate & clementia, abſque vlla correctione impiæ vitæ, ſpes eſt vana & fiducia fallax. Nã ſicuti ſanctus teſtatur Bernardus, quantum quis creſcit in gratia, tantum in ipſo augetur erga Deũ fiducia. Signum autẽ quod gratia adſit homini, eſt, ſi ceſſat à peccatis, & bonis vacat operibus. Bernar.

PRECATIO.

O Vitæ meæ potentißime dominator Deus, *quũ nullum non cupias tibi eſſe placatum, non unum ſed mille nobis reliquiſti tibi placendi modos. Sed heu quid dicam, ô* Domine Deus, *dum me ad omnia ſegnẽ inertẽ atq; ineptũ experior, quũ tamẽ tã fuerim celer impiger & ingenioſus ad ea exequenda, quæ tuã iſtam tantæ maieſtatis celſitudinem offenderent? Quo tandem vultu, qua fronte te meum audebo appellare patrẽ, aut tuũ implorare auxiliũ, qui poſt tot offenſas & flagitia nullo inardeſco deſiderio tecũ redeũdi in amicitiã uitãq; placẽdi? Agnoſco plane nullũ omnino eſſe patrẽ terrenũ, qui cum adamaret*

adamaret filium, & agnoſceret pro ſuo, imo qui eũ non prorſus ut rebellem abijceret, qui talẽ ipſi præſtaret filium, terrenus terreno, qualem ego tibi præſto terrenus cæleſti, mortalis immortali. Nã tametſi certa mihi ex tua promiſſione ſpes ſit impetrandæ meis commiſſis ueniæ, ſi modo eam integro & conſtanti affectu & contriti cordis dolore ac gemitu à te ſedulo efflagitarem: ego, tamen interim tam fui ignauus, incurius, & tui amoris meæq; ſalutis negligẽs, ut piguerit uel rogare. Sed nec eleemoſynarum quidem elargitionibus peccata mea redimere ſtudui, (id quod certè facto non paulo eſt quã ſedulo ac digne precibus inſiſtere facilius) ſatius eſſe ducẽs, meã mihi ſeruare pecuniam, quam ea tuã impetrare indulgentiam. Porro caſtigationem corporis in qua non uulgaris meriti locus eſt non ſolũ, non exercui, uerum etiam corpus ipſum non minus quam olim uoluptati tradidi. Sed quæſo te Domine Ieſu, miſerere infelici huic meæ incuriæ: miſerere deſidiæ nunquã ſatis deplorandæ. Talem obſecro inſere animo meo contritionem, ut ita & ſedulis uacare precibus & corpus dignis poſſim domare flagellis, quo uel ſic expietur quicquid in te commiſi, & corpus ipſum ſubiectum ſemper pareat, ancilletur & fructificet ſpiritui, in quod ſpiritu noſcitur eſſe cõceſſum.

TRACTATVS

TRACTATVS TERTIVS, de probitate conuersationis ac morum externa.

Quod corpus domari ac macerari debeat per temperantiam cibi ac potus. Cap. 1.

QVando iã docuimus, quomodo quisque per detestationem præteritorum suorum delictorum, perq; pœnitudinem malè actæ vitæ, veterem debeat hominem exuere: hic consequenter tradere cum diuinæ gratiæ adiutorio decreuimus, quomodo homo præparare se debeat ut verè induere possit hominem nouum: sequuti in hoc aratorum consuetudinem, qui nõ prius semen in aruum iacere consueuerunt, quam ipsum diligenter expurgarint omnibus zizanijs. Quia vero homo ex substantijs constat duabus, nempe corpore & spiritu siue anima: & quia in humanæ naturæ conditione priori loco corpus á Deo creatum est, deinde spiritus: atque ita in continua mortalium productione prius semper corpus in maternis visceribus formatur, deinde animæ succedit infusio: ideo & nos ad huius rei exemplum, priori loco ea tractabimus, Gen. 2 b.

mus quæ ad corpus pertinent, mox quæ animæ sunt necessaria, sequentes in hoc ipso beati Pauli doctrinã ita scribẽtis. Sed nõ prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. In omnibus autem opificijs quæ instrumentis exercentur, instrumenta ipsa aptari necesse est, prius quã opus aliquod fieri queat. Miles ad bellum proditurus, prius quam cũ hoste congrediatur, quæ necessaria sunt arma sibi coaptat: maxime autem caballum suum currere docet & recurrere, salire resilire, vertere & reuertere, cæteraq; alia, quæ pugnaturo nouit expedire. Ad hunc modũ & corpus hoc nostrũ cicurari cõpelli & assuefieri probitati debet, priusquã iniri possit certamen spirituale. Vt ergo de corporali hic agamus exercitio, sciendũ corpus ipsũ edomari debere duobus: quorũ prius est, temperatus vsus cibi, potus, somni, calfactionis, & cæterarum rerum ad vitam sustentandam necessariarum, alterum est, gestuum ac morum externorum honestas, cui assuescere debent omnes corporis tum sensus tùm membra. Principio ergo quisquis vitam cupit agere religiosam ac probam necesse est in primis carnem suam domet ac maceret tẽperantia cibi ac potus, quod tamen plerique hodie

1. Cor. 15.

hodie paruifaciunt, atque hinc fit, vt tam raros hodie videas germane religiosos, nimirum quod corpora sua abstinentijs conficere refugiant, quum olim tot reperti sint, quando vt erat humana natura robustior, ita & animus erat ad omnem vitę austeritatem paratior. De hac autem abstinentia ita scribit insignis ille doctor Climacus. Si tu inquit poteris dominari gulæ, quæ est regina vitiorum, vbicq; acquires mundiciam, & impassibilitatem, si illa dominabitur tibi, vbique periculo subiacebis. Per crapulam enim grauatur hominis anima intellectus & memoria debilitatur, mens quæ cælestia cogitare debet rapitur ad cogitanda terrena. Quamobrem miseria est longè vilissima, hominem intellectu præditum crapula videri sepultum, qua nihil est in hoc mundo vel vilius vel indignius. Vix enim qui hoc laborat vitio è strato suo surrexit, quando iam cogitare incipit quid eo die sit comesturus, quibus modis lautius omnia queant parari, vbi concupitus cibus ac potus cõmodius possint inueniri ac cõparari, quibus rebus istiusmodi hominis mens (quæ Dei esse tẽplũ debuerat, vbi cõtinuo de Deo cogitari & diuinę resonare laudes deberẽt) quasi quędã putida efficitur

Clim. gr. 4. non procul a fine. Hucusq; ille

ficitur popina, in qua nunquam non aliquid coquitur lixatur aut assatur : vbi pro igne deuotarum iugiter Domino effundendarũ precum affectus ipse diuersis æstuat ac feruet coctionum fætoribus. Ante comestionem variis agitatur ciborum ac poculorum concupiscentiis. Inter edendum plura concupiscit & ingerit, quam corporis efflagitet necessitas: imo nõnunquam pluribus se ingurgitat quam corpus ipsum ferre queat: id quod ne bruta quidem faciunt animãtia: quæ melius suæ necessitatis rationẽ habere norunt quam homines. Cæterũ post sumptum cibum magis libet somnõ indulgere, fabulis vacare, aut alijs ineptijs implicari, quam studio occupari pietatis. Sedit enim (inquit scriptura) populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Hæc atq; huiusmodi si studiose pergamus animaduertere haud dubiè comperiemus, ventris ingluuiẽ viam nobis præcludere omnium virtutum atq; bonorũ. Vnde in huius rei typum legimus in ij. Regum, quod post captũ à rege Babyloniorum ciuitatem Ierusalẽ missus sit princeps coquorũ, q succẽderet & exureret templũ Domini: quo datur intelligi, quod per gulæ vitiũ omnis virtutũ decor & ornatus hominis spiritualis, qui Dei templum esse

Exo. 32. b.

4. Reg. 2. 5. c

Nõ hic princeps coquorum sed militiæ fuisse legitur. De Phutiphare aũt legitur apud Hier. q

esse debet deuastetur ac spolietur. Hunc ergo tyrannum ante omnia perimat aut certe profliget necesse est, quisquis veram vitã spiritualem cupit amplecti. Sane videmus quantum impedimenti sentiant, qui altum cupiũt montẽ conscendere, grauati sarcina obesi corporis: ita quoq; difficile est, vt in vita spirituali promoueat, mentemq; sustollat in Deum, quisquis ponderoso laborat vitio crapulæ. Vnde Dominus solicite nos hortatur ita dicens. Attendite vobis ne forte grauẽtur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. Beatus item Hieronymus. Difficile inquit, imo impossibile est, vt & præsentibus quis & futuris fruatur bonis: vt & hic ventrem & ibi mentem repleat: vt de delicijs trãseat ad delicias: vt in vtroq; seculo primus sit: vt & in cælo & in terra appareat glorioſus, Alibi quoque hac de re scribens, ita ait. Quod si quis existimat, & abundantia ciborum potionũq; se perfrui, & vacare posse sapiẽtiæ: hoc est versari in delicijs, & deliciarũ vitijs non teneri, seipsum decipit: Vnde idẽ ita subiungit. Adesse ergo debet ratio vt taleis ac tãtas sumamus escas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animæ pregrauetur. Cõtrarię sunt naturæ anima & corpus: eoq;

princeps fuerit coquorum Vide: Hier. in quis. Heb. in Ge. 37.

Luc. 21. f.

Hie. ad Iuli anum to. 1.

Hie. li. adu. Ioui. 2. non procul ab exordio.

Ibidẽ paulo inferius.

contrarijs pascũt cibis. Ad hęc si plus æquo aliquid detur alteri, alteri necesse est aliquid subtrahatur. Si indulgeatur carni, cum dispẽdio id fiet animæ. De hac quoq; abstinentia ita scribit doctor Climacus. Noli decipi: quia nõ poteris liberari á seruitute Pharaonis, & videre pascha spirituale, (hoc est felicem haud feceris ad virtutem transitũ) nisi comederis panem azimum cum lactucis agrestibus. Lactucæ agrestes sunt violẽtia ieiunij, labor orationis, & patientia in aduersis. Idem etiam monachum cõpellans sic ait. Si tu promisisti Christo ire per viam arctã, restringe & angusta ventrem: si enim illum dilataueris fregisti professionem. Ita que nemo seipsum fallat. Nolite inquit Paulus, errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Quomodo qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam: Hoc est, quisquis eo affectu est, vt voluptatibus sese querat oblectare carnalibus, animæ suæ exitium sibi parabit, iuxta illud quod vulgo dici: consueuit. Qui carni suæ dat quod prauè concupiscit æternæ mortis eam hæredem facit. Quam ob rem quisquis à Deo vocatus es, & animo profes-

Cli. gra. 14.

Ibidẽ supe-rius.

Gal. 6. b.

wi sijn vleesch gheeftsynẽ eysch na sijnẽ luste. Die sal eruẽ eevuich sterven son der ruste.

professione aut voto, ad vitam te contuli-
sti spiritualem seu monasticam, memineris
semper ab omnibus sedulo abstineas, vnde
animus tuus prauam aliquam voluptatem
possit accipere: potissimum autem ab im-
moderatu vsu ciborum & potionum, quo-
rum concupiscentia maxime agitatus est in
solitudine populus ille israheliticus. Simul
enim atque per sterilem proficiscenti ere-
mum in mentem venerũt veteres illæ Agy
pti deliciæ, iniquo mox cepit murmure sto
machari aduersus Mosen atque adeo aduer
sus Deum ita dicens: Quis dabit nobis ad Num.11.b.
vescendum carnes? Recordamur piscium
quos comedebamus in Aegypto gratis: in
mentem nobis veniunt cucumeres & pe-
pones, porrique & cepe & allia. Anima no
stra arida est: nihil aliud respiciunt oculi no Exo.16.a.
stri nisi man & rursum, Vtinam inquiebant
mortui essemus per manum Domini in ter
ra Aegypti, quando sedebamus super ollas
carnium, & comedebamus panem nostrum
in saturitate. Atque hanc ob rem grauissi-
ma tandem plaga à Domino percussi sunt. Exod.21.b.
Quo facto Dominus noster (sicuti proba-
bile est) nobis indicatũ voluit, quãtũ sibi il
lud gulę vitiũ displicuerit, quãtũqȝ malũ sit
dũ quis vitę initiat: spirituali ad posteriora

respicit,& rursus prauis carnis concupiscentijs indulgere cupit,in cibis poculis & id genus alijs,quæ semel abdicauit. Vnde beatus Hieronymus. Qui Christum desiderat,& illo vescitur pane, non quærit magnopere de qua præciosis cibis stercus conficiat. Eiusmodi enim vna cum Christo saluatore nostro dicit,Meus cibus est vt faciã voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius : iuxta illud quo nos alibi hortatur ita dicens,Operamini non cibum qui perit,sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis.

Hie. in regu. mona. ca. de. abstinentia.

Ioh. 4. e.

Ioh. 6. d.

De discretione seruanda in corporis macerationc. 2.

ITaq; quisquis tyronem adhuc agit sacræ religionis carnem suam coerceat oportet, idq; iuxta moderamen rectæ rationis. At quando istiusmodi hominis ratio necdũ perinde illustrata, sed potius adhuc caligine offusa est,instructore opus habet qui ipsum quicquid ad corporale hoc exercitium pertinet probè ac plenè edoceat. Hinc beatus Bernardus. Docendus est(inquit) nouitius sic habere corpus suum, sicut ægrotum commendatũ: cui etiã multum volenti inutilia sunt neganda vtilia vero & nolenti ingerenda. Sed hic duplex subesse periculũ & bifariã hic consueuit peccari. Nã ñ qui ardentiore

Vide tractatũ Bernard. ad scriptũ de vita solitaria non procul à principio.

ardentiore quodam aguntur pietatis feruo re, nonnunquam nimiꝫ ſunt in caſtiganda & maceranda carne, ita vt vix eo adduci poſſint, vt quæ neceſſaria ſunt ei ſuppeditent. Aliꝫ vero remiſſiores ſunt, & ad abſtinentiã ſeu temperantiam tardiores, propterea videlicet quod huic exercitio nõ aſſueuerint: qui quum prauam conſuetudinem arbitrẽtur eſſe naturam, concupiſcentiã ipſam interpretantur eſſe neceſſitatem: atqꝫ ita plus iuſto carni parent, quam paulatim reduci oportuerat ad æquabilitatem quandam naturæ. Itaqꝫ vt modus hic ſeruetur, diſcretione & prudentia quadã opus eſt, (quã citius ab alio quam à teipſo diſcas,) ne videlicet caro ipſa vel laxiore indulgẽtia inſoleſcat, vel ſeueriore auſteritate frãgatur. Sic enim corpus noſtrum per neceſſariarum rerum moderantiam coercendum, ne quo pacto aduerſus ratione aut ſpiritum ferociat, ſed contra ſpiritui continuo ſubſeruiat & ancilletur, ſicuti in hoc à Deo eſt creatum. Corpore quidem viuere debemus, non tamen tanquam pro corporis ſalute: ſed ideo corpus ipſum in viuis retinendũ, quod ſine ipſo viuere haud poſſimus. Fœdus enim quod autore Deo inter animã coiꝫt & corpus per nos quando nobis libet abrumpi fas nõ eſt:

quippe nemo sui esse homicida potest:)sed æquanimiter expectari tempus necesse est, dum iuxta diuinam volũtatem legitimè ac naturaliter contingat animam á corpore di uelli. Interim corpus sustentari habet iuxta quod legitima id expoſcit obligatio, sub miniſtratis videlicet eidem iuxta rationem neceſſarijs. Hec autem diſcretio quoniam difficulter parabilis est,quod pleriq; rudiori sint ingenio, & nonnulli parum aut nihil sint hac in re experti,consultissimum fuerit huiusmodi tyroni vt diſcretionis loco obedientia vtatur, sequuturus in omnibus sui prelati, aut eius cuius fidei concreditus est consilium, cuius vbiq; sententiam preferre & sequi haudquaquam addubitet. Inimicus enim noster mirus est artifex, & nusquã nõ molitur pretextu falsarũ virtutum optimas quasq; virtutes destruere:maximè quũ cernit incipientis animum & affectum paratũ accinctũq; ad sequendũ quicquid iuxta diuinã volũtatẽ est sequendũ: & rursus ad fugiẽdũ quicquid est fugiendũ. Quũ ergo certũ huiusmodi tyroni necdũ adsit iudiciũ in diſcernendis bonis à malis: & itẽ in deligendo quod inter bona prestantius est, sæpenumero in magno consistit periculo. Quanquam si fas est in alteram delinquere partẽ tutius

tutius est (teste Gerſone) ipſi corpori pluſculum aliquid indulgere, quam aliquid neceſſariæ rei ſubtrahere: propterea quod minori negocio occurri poſſit malo per intẽperantiam conciliato, quam per abſtinentiam, aut neceſſariæ rei ſubtractionem. Quandoquidem vt medici tradunt, longè ſanabiliores ſunt morbi, qui ex intẽperãtia contrahuntur cibi aut potus, aut ex aliarũ rerum copia, quam qui ex immodica conciliantur abſtinẽtia, vtpote qui hominis naturam non modo lædunt verum etiam plerunq; ſenſu priuant, aut ſui impotẽ reddũt. Gerſon.

Quam neceſſaria ſit modeſtia etiam externa: & quam efficax ſit hæc ipſa ad obtinendum fauorem diuinũ.

Cap. 5.

VBi vero corpus iam prẽparatũ & coaptatum fuerit ad obſequiũ ſpiritus, quod ad gulæ temperantiam attinet reſtat videndum quomodo etiam cæteris omnibus corporis mẽbris ſit honeſtè & decenter vtendum, ne totus ſubſequẽs labor prorſus reddatur irritus, ſi hoc nõ fuerimus prius edocti. Illud enim pro indubitato habẽdũ, quod planè & oleũ & operã perditurus ſit quiſquis ſibi circũſpecte nõ proſpexerit, ne qd vſquã ſeriæ rei pretermittat. Quare vigilãter & ſtudioſè ſibi proſpicere debet

maxime homo spiritualis, ne quid ad spiritualem spectans vitam vsquã omittat aut negligat. Summo etiam studio corporaleis omneis actiones obseruare, nec vnquam prorsus securus esse, aut citra omnem metũ plus satis sibi fidere debet. Quemadmodũ enim dolium in quo optimum vinum reconditũ est summa cura obseruari debet, vt vndiqꝫ sit solidum, omni ex parte clausum, & nullis vsquam foraminibus aut rimulis obnoxium, vnde vel vinũ effluere, vel per ingressum aërem vini ipsius virtus posset elanguere: ita & homo seipsum solicitè obseruare, sibiqꝫ prospicere debet, alioqui tãtum bonæ frugis perdet ex parte vna, quãtum lucrifacit aut meretur ex altera: sicuti vsuuenire consueuit ei qui in precibus feruidus est, sed incircuncisus in sermonibus: & rursus ei qui rigidus est in abstinẽtia cibi ac potus, sed interim deditus est somnolentiæ aut ocio: & pleriſqꝫ id genus alijs. Sunt autem huiusmodi homines stultis quibusdã operarijs seu artificibus similes: qui vna qui dẽ die strenuè laborant: sed postridie interdũ duplo plus perditè commessando consumunt atque ita in continua agunt ægestate victitantes in diem, iuxta illud quod vulgo dici consueuit, De manu ad dentẽ.

Vander hãt tot indẽ tãt

Vnde

Vnde nihil mirum, quod multi hodie cernantur, qui tametsi multis etiam annorum voluminibus sub sacro vixerint ordinis alicuius instituto, vacui adhuc sint vera pietate, & in virtutibus & gratijs diuinis imperfecti: maximè quũ sint fere veluti vasa quędam plena rimis, quibus nihil pene bonæ virtutis potest infundi: aut si quid forte boni infundatur continere illud non valent: atq; ob hoc ipsum rarius ac parcius ipsis dona diuina instillantur. Quare haud immerito mystica illa in Canticis sponsa, tale à suo sponso audit encomium: Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus: fõs signatus. Quo sermone insinuatur religiosi hominis animam vndiq; diligẽter clausam & circunceptam esse oportere, ne quid mali vel alieni possit alicunde irrumpere, & rursus ne quid boni possit egredi ac perire. Idem ergo sermo etiam in nobis complebitur, in primis si omnia corporis nostri mẽbra coaptemus & assuefaciamus obsequio Dei, deinde si nullam prauam consuetudinem apud nos hærere sinamus scientes & volentes, quæ diuinæ in nobis gratię possit obesse, sed iuxta doctrinam apostolicam exhibeamus Deo corpora nostra hostiã viuentẽ, sanctã, Deo placẽtem. Id enim ratio exposcit

Cant. 4. d.

Ro 12. a

Ro.6.d. expoſcit æquitatis, vt qui ſepenumero mẽbris noſtris abuſi ſumus ad vanitatẽ & improbitatem, ediuerſo eiſdem vtamur (idq; non paulo ſolicitius) ad Dei honorem & obſequium: quo videlicet per eadem corporum noſtrorum inſtrumenta Deus honoretur, per quæ aliquãdo fuit exhonoratus: nos quoque per eadem membra, ſpiritualia dona ac merita dudum amiſſa recuperemus, per quæ ipſa perdidimus: proximus deniq; noſter prouocetur ad pietatem, ſicuti prius prouocatus eſt ad impietatem: vt ita tandem deſideratam conſequamur benedictionem à Patre luminum: quemadmodum huius nobis rei typum pręſignauit patriarcha Iaacob, dum benedictionem conGen.27.d. ſequutus eſt paternam veſtibus indutus fratris ſui Eſau optimis atque fragrantiſſimis. Quo exemplo ſacra nos ſcriptura inſtruit, quemadmodum homo imperfectus ad internum Dei cupiens peruenire fauorem, externam etiam quærere debeat probitatem & honeſtatẽ hominũ perfectorũ, qui Deo placuerunt etiã apparatu extrinſeco, nimirum foris conſpicui ornatu proborum morũ, nedum virtutibus intrinſecis: & pietatẽ exercuerunt etiã uſu membrorũ externo, nedũ ſtudio animi interno. Huc enim nos hortatur

hortatur apostolus dñ ait. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immũdicię & iniquita- Ro.6.d.
ti ad iniquitatẽ, ita nũc exhibete mẽbra ve-
stra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Quã
doctrinã apostolicã tũc implemus, quũ om
neis corporis nostri tũ sensus tũ artus coer
cemus certo quodã studio decentis honesta
tis, ita eos subijcientes obsequio rectę ratio
nis, vt equis imperare solemus adhibito fre
no. Neqꝫenim eis vti debemus pro arbitrio
indomitarũ cõcupiscentiarũ, aut prauæ no- Iac.3.a.
strę volũtatis: sed pro arbitrio rationis &
voluntatis diuinæ proqꝫ exigentia spiritua
liũ gratiarũ. Videmus quanta cura adhibea
tur ꝓbè instituendis ijs q obsequio destinã-
di sunt regis cuiusꝑiã aut prępotentis alicu
ius principis: quomodo mores illis tradant
aulici, ac principales, ne si gestibus sint parũ
cõditis ciuilitate regia, ab ipso possint rege
seu principe fastidiri. Sic enim factũ legi-
mus à rege Nabugodonosor: q quos tandẽ Dan.1.a.
in sua regia habitur⁹ erat clientes ac famulos
prius institui pręcepit omni sapiẽtia prudẽ
tia disciplina, & cognitiõe linguæ chaldęę,
vt instructi atqꝫ adeo educati cibo potuqꝫ
regio trib⁹ annis, postea in palatio starẽt in
cõspectu regis. Quãto iustius est summũ ad
hibere studiũ parãdis ꝓbis moribus ab ijs q

ad

ad ſummi illius regis & Domini dominantium vocati ac delecti ſunt obſequium, qui vt creator eſt & animarum, & ſimul corporum, Ita æquiſſima omnino ratione ab vtriſq; ſibi cupit ſeruiri? An putas illi gratum fore famulum vagum, qui incompoſitis eſt & moribus & ſenſibus? Haudquaquã ſanè. Sed vt Dominus eſt omniũ ſummus, ita non niſi ſummos & præſtantiſſimos vult habere famulos. Vnde inſignis ille rex Dauid ita nos in pſalmo adhortans, Pſal.2. Appræhendite inquit diſciplinam, ne quãdo iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Proinde mihi videre videor externã hanc tam ſenſuum quam membrorum honeſtatem, virtutem eſſe tam neceſſariam, tamque vtilẽ, vt putem neminem quamuis etiam imperfectum non propediem conſequuturum perfectionem, qui huius fuerit ſtudioſus amplexator, & rurſus contra neminem quamuis perfectum non propediẽ ad magnam defecturum imperfectionem qui in huius fuerit virtutis ſtudio negligentior atq; remiſſior. Fieri enim haud poteſt, vt in ſenſibus vagis, & moribus inconditis & irreligatis Spiritus ille ſanctus diutius cõ Sap.1.b. ſiſtat, quippe qui omnem auerſetur vanitatem, & auferat ſeſe á cogitationibus quæ

ſunt

sunt sine intellectu. Qui & ob id Spiritus disciplinæ dicitur, quòd extraria illa honestate veluti præcioso quodam ornamento animam hominis tanquam sponsam Christi venustam reddat & decoram, atq; adeò etiam pulchra quadam ornatus varietate & Deo simul & mortalibus efficiat spectabilem & gratam. Ibidem.

Quomodo disciplina sit custodienda, quum vt alij allĩ ciantur ad virtutem, tum vt propria facilius euincatur imbecillitas.

Cap. 4.

EX premissis facile quisque animaduertat: quã sit hæc exercitatio homini necessaria, potissimum tamẽ tibi qui vocatione diuina precipuũ quoddã diuini obsequij seruitiũ statũq; perfectiorẽ expetisti & amplexus es. Vide ergo hominẽ istũ externum, hoc est habitum omnem corporalem tam in sensibus quã in mẽbris diligẽter obserues, rectè modereris, decenter & honestè componas, vt in admirationẽ & gratum tui contuitũ conuertas oculos diuinæ maiestatis, angelorum, & pariter etiam hominum (siquidem spectaculũ facti sumus, vt ait Paulus, mundo & angelis & hominibus,) potissimum aũt vt tui exemplo quasi fragrantissimo quodã virtutum & Christi odore alios pellicere possis ad studiũ pietatis 1. Cor. 4. b.

tis & amorem Christi. In confesso quidem est Deũ magis spectare internum hominis affectum, quã exhibitionem operum & morũ exteriorum, verum si vtrobiq; sis probè excultus, longè illi fueris acceptior. Quum enim per nos cupiat & alios ad virtutẽ excitari, necesse est prodamus nostrã virtutẽ: nam quod in mente geritur ab alio videri haud potest. Huc nos hortatur Paulus dũ

Ro.15. ait. Vnusquisq; vestrũ proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Et rursus ali

Ibidẽ.12.d. bi dũ dicit. Prouidentes bona, non tantũ coram Deo, sed etiã coram omnibus hominibus. Ad hæc & ratio ipsa palã efflagitat, vt talẽ agamus vitã, quæ ad perfectã virtutẽ & alios cõmodè accẽdere possit. Ita enim et nobis dicetur, quod in laudẽ spõsæ Christi

Cãti.4.c. in Canticis scriptũ est, Odor vestimentorũ tuorũ sicut odor thuris: Vbi per vestimẽta externam accipimus hominis conuersationẽ. Quinimo etiamsi intus sit quis modicæ virtutis, & exigui erga Deũ amoris, & multæ imperfectioni atq; imbecillitati obnoxius, vtile tamẽ fuerit ac Deo gratũ, si quantũ fieri potest disciplinã semper seruet extrariã, (id quod factu facilius est quã imperare affectui cordis,) quã omneis corporis sensus moderetur & mẽbra: nã ita ppinquo suo haud quaquã pernitiosus, sed salutaris

potius futur⁹ est, aut certe si nō salutaris, ni hil saltem corruptele adferet sicuti nihil adfert vicino pernitiei, qui contagioso laborās sedulo sibi cauet, morbūq; quantū fieri potest celat, religiose prospiciēs ne cuius valetudinē inficiat. Nec enim id agit, q⁹ probior aut sanior haberi velit quā vera sit, nā id fallacis duplicitatis & dolosæ simulationis foret, sed q⁹ propinquo suo nō malè sed cōtra benè cupiat, id q̄d veræ est amicitiæ magnæq; prudētiæ. Qui aūt secus faciētes imbecillitatē atq; miseriā suā identidē pandunt & passim quibuslibet ingerunt, similes sunt perfrictæ frontis meretricibus, quæ q̄ plures pelliceāt ad impudicitiā, nihil verēt suā quibuslibet detegere turpitudinē. Tales sunt irreligati isti, q nihili curāt quid coram quibus effutiāt faciātúe aut quid inde possit cōsequi, sed passim vbicūq; sese aliqua offert occasio nullo habito nec temporis nec loci nec personarū respectu suā ꝓdūt insipiētiā improbitatē, vanitatē. Cōtra hos loquēs sapiēs. Melior inq t ē, q cœlat insipiētiā suā, q̄ homo q abscōdit sapiētiā suā. Quod dubio ꝓcul, verissimū est. Quippe sapiētiā abscōdere, magnū est dispēdiū, cōtra vero magnū cōpēdiū abscōdere insipiētiā. Præterea vtilitatē adfert nō alijs mō, verū etiā sibiꝑsi q̄s quis suā

Eccle. 20. d.

Sapientia absconsa & thesaurus in visus, quæ vtilitas in vtrisq;. Eccle. 20. d.

suã quã secum circũfert miseriã celare & cohibere nouit, nã ita plerunq; miseria ipsa seu mali fomes euinci consueuit, dũ videlicet foras erũpere non sinitur. Ignis enim si suffocet, tãdẽ extinguit, radix si mole aliqua premat, puta terræ vel lapidũ, ita vt emergere haud possit, tãdẽ in seipsa putrescit ac penitus perit, fontis itẽ scaturigo si diutius obturetur tãdẽ prorsus tollitur. Itidẽ vsuuenit & in vitijs arrogãtia, iracũdia, vanitate, impudicitia & in alijs prauis animi affectib⁹: q licet in pectore hominis nonnunquã altius figãt radices, facile tamẽ peribunt intus, si via eis erũpendi precludatur foris. Est itaq; extraria hæc morum honestas, decẽsq; mẽbrorum ac sensuum cohibitio fundamentũ quoddam, & virtus quædã initialis, omnibus spiritualem vitã auspicantibus apprimè necessaria, vtpote per quam vagus alioqui hominis animus paulatim sibi restituitur, vnitur & ad quietem componitur: quæ
Ber. quies, teste Bernardo, primũ est subsidium ad sanandam à suis languoribus animam.

Disciplina morum qualis sit virtus, & qua in re sita sit: item admonitio ad omneis prælatos. Ca. 5.

VT aũt de virtutis huius nempe disciplinæ honestate seu modestia fusius differamus, principio dicẽdũ iuxta rectum

rectum docendi ordinem quid sit disciplina,& in quo sita sit. Describi ergo potest hoc modo. Disciplina est membrorum omnium motus ordinatus, & dispositio decẽs in omni habitu & actione. Respicit autem omneis circunstantias temporis loci & personarum. De hac ipsa disciplina loquitur pulcherrimè Bernardus, ad virginem quandam Sophiam nomine ita scribens. O quã compositum reddit omnem puellaris corporis statum, nedum & mentis habitũ, disciplina? Cornicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, gulam frenat, iram cedat, format incessum. Talibus decet pudicitiæ vestem distingui margaritis. Istiusmodi circundata rarietate virginitas, cui gloriæ merito non præfertur angelicæ? Est ergo hæc disciplina virtus quædã omnia respiciens quę rem aliquã circũstant ac decent pro qualitate tẽporis loci & personarũ: quę qualitas ante omnia sollicite est semper obseruãda. Etenim quæ vno decẽt loco nõ ptinus decẽt alio: & quę huic seruiunt tẽpori aut personæ, plerunq; non itẽ seruiunt isti aut illi. Atq; hinc plerunq; fœdus nascitur abusus, & nonnunquã etiã magna inter nõnullos cõtrouersia, propterea quod

Disciplina morum describitur. Hugo de sa. vi. li. de inst no. c. 10 Ber. ep. 113.

hasce conditiones parum obtineant, sed eã-dem semper vbiq; & apud quosuis seruare velint morum consuetudinem. Quocirca res est quum primis necessaria, vt in cœnobijs & alijs spiritualibus collegijs extrarius hic disciplinę decor studiosissimè semper cõ seruetur, & vt iuniores & tyrones hac in re diligentissimè instituantur, ijdemq; primo omnium huiusmodi disciplinæ per acreis etiam pœnitentias coaptentur atq; adsuescant. Vnde enim inter monachos plus turbæ: vnde plus fastidij, vnde plus proficiscitur tentationis, quàm ex huius virtutis neglectu? Certè in hoc ipso inimicus tãtum illos plerunq; alienat à Deo & proximo, per res penè nihili, quantum alios nonnullos in mundo agẽtes per res graueis, & magni momenti. Vbi autẽ hæc disciplina studiosè obseruatur, quid aliud in istiusmodi mortalibus, quàm angelos quosdam cernimus? Ad hæc quid aliud est spiritualis hominum probè instituta, optimisq; moribus exculta societas, quàm paradisus quidam & cœlũ terrestre? Quare omnem appello & obtestor ex parte Dei prælatum, qui rationem Deo redditurus es salutis & animarum tibi concreditarum, ne usquã per pusillanimitatem aut incuriam committas, quo minus externæ cõuersationis honestas promouehatur:

sed

sed omneis adhibeas machinas, nullũq; nõ moueas rudentem, quo hãc vbi prorsus nõ est inuehas, vbi collapsa est restaures, & vbi est conserues prouehas & augeas. Huc sedulo & peculiariter adhortare iuuenes: qui vt huius sunt virtutis plerunq; maximè expertes, ita ad eandem amplectendam cæteris ferè sunt magis idonei. Insta opportunè importunè, insolentiores argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, & vbi sermonibus parum proficitur, adhibeto nõnunquam & multę coactionis, aut flagelli remedium: hisq; modis experire an fortè vel sic queas subditorum inuenire salutẽ. Interim tamen tristibus miscere semper læta, memento, ne propter seueriorẽ correptionem tandem subditos habeas aut refractarios, aut fucatos. Edoce illos quãtum ex seruata disciplina proficiscatur bonorum: et ex aduerso quãtum malorum dimanare possit ex detestanda dissolutione, vt virtutem non tam nosse discãt, quam exercere ex amore. Erudi itaq; illos hanc virtutem, sed potissimum exemplo piæ conuersationis, & exhibitione operum magis quam longo tractu verborũ, quãdoquidẽ vt Seneca ait Plus homines oculis quã auribus credunt. Longum enim est iter per præcepta breue & efficax per exempla. Neque vere hæc solum

2. Tim. 4. a

Sene. epi. 6. Arist. 10. Ethi. Magis inquit mouent exempla quã verba.

dixerim cœnobiorum præpositis verũ etiã parentibus (si modo liberos habeant) itẽq; ónibus præceptorib⁹: et pr̃ceptricib⁹ quos peculiaris semper cura solicitos habere debet, vt recẽtia germina ipsorũ fidei cõcredita salutaliter inflectant, pbè instituãt, pietati assuefaciãt, omni morũ honestate erudiãt et expoliãt, in ónibus disciplinã seruare edoceant, in motu, in quiete, in cibo, in potu, in vestibus, in visu, in colloquijs, & in cæteris omnibus: hæc enim facilius in nouis præstiteris plantulis quam in adultioribus, quod illorũ quam horũ docilior sit animus & in omnem habitũ flexilior. Quod si vero hic incurius sis, rationem tandem reddituru es non exitij solũ illorum, verum etiã omniũ malorum, quæ ex illorũ malè instituta vita ad alios dimanabunt. Solent enim ferè eiusce modi quasi pestes esse aliorũ, & virtutibus impedimentũ, & vitijs præstãtes fomẽtũ. Proinde hanc nostrã admonitionem benigno affectu amplectere, & penitus animo insculpas tuo, ne tandem quũ tua tibi resecrata fuerint lumina, & cuncta videris quæ inde sequuta sunt mala, neglecti officij pœnitudo perpetuũ te excruciat, & citra omnem veniæ spẽ teipsum deplores. Videtur quidem hæc disciplina non perinde magni

esse

esse momenti, magnam tamen adfert vitæ mortaliũ pernicẽ neglecta. Nã quemadmodũ putamẽ pomum, & cortex conseruat in suo virore arborem, ita disciplina morum externa, virtutes alit & cõseruat internas.

De disciplina in vestibus seruanda. Ca. 6.

QVando iam intelligimus, quãtum ex disciplina agmen proficiscatur bonorum, hic consequẽter tractandũ quo modo iuxta diuersas sui partes sit hæc ipsa virtus exercenda. Quod quidem faciemus quam poterimus pauciſſimis, tũ quod alij nonnulli hac de re copiosissime disseruerint, tũ q; ex seipso facile intelligat quisquis aliquo præditus est ingenio, quid inmẽbrorũ vsu & gestu decẽs sit & itẽ quid indecens. Primo itaq; loco videndũ qualẽ disciplinã, seruari deceat in vsu vestiũ, in quo hodie peccatur non vno modo: sed potissimũ per prætij studiũ, quod seruũ Christi magnopere dedecet, maximè quũ beatus Petrus ne mulieribus quidem id prẽmittat, docẽs illas nõ auro sed diuinis se virtutibus debere ornare: quibus tamen plusculũ aliquid indulgetur ornatus quã viris, vt ita maritis suis placeant, quæ alioqui fortasse propter naturaleis suas miserias plus æquo euilescerent, nisi mundus quidã ipsarum &

Vide Speculum disci. par. 1. cap. 8 & seq. item. Hugo de sa. vic. de inst. nou.

1. Pet. 3. 2. Idẽ apertiũs Pau. 1. Ti. 2. d

forma,naturæ defectum pensaret. Seruum ergo Christi maximè autē monachum decet ambitionem omnem præciosarum vestium defugere,& indumenta quærere vilia, quo vel sic Christo pauperi possit esse conformis: qui ex paupercula genitus parente, & in vili positus ignobilis ciuitatis nāpe Bethleem,stabulo vilibus est inuolutus pannicu
2.Cor.8.b. lis:qui quum diues esset Deus& Dominus, propter nos egenus factus est: qui princi-
Gen.3.d. pes humani generis autores Adamū & Heuā vestiuit non auro,non serico, non pāno precioso:deniq; non lana nec lino,sed tunicis pelliceis:hoc ipso insinuans ac docens, quod homo in vestitu quærere debeat non concupiscentiam oculorum,non fastum aut gloriam mundanam,sed verecundarū partium velationem,et imbecilli corpusculi aduersus frigus & alias elementorum iniurias tutelam & defensionem. Secundo peccant pleriq; in vsu vestium & alijs diuersis modis vt per molliciem, per luxum, per splendorem,per exquisitum colorem,per nouitatis studium,per delectum elegātis alicuius formæ,quæ interdum tam est extranea vt tegendis membris parum seruiat,imo nōnunquā etiā incommodet atq; officiat, tantum abest vt tegat tueatur aut foueat ,quū tamē

in

in hoc ipsum vestes ipiæ parẽtur. Heu quã tum hic flagitiorum agmen cernere licet: potissimũ inter mundanos istos tam viros quã fœminas, mundo huic verius quam Christo militantes: qui haud secus sese amiciunt & excolunt omni ornatus genere, quam si principes essent aut magnates, heroes aut heroinæ: quum interdum vix tãtum suppetat pecuniolæ, quantum sufficit comparando tenui corporis victui. His planè metuendum ne sint tandem vna cum diuite illo commessatore remunerandi, qui purpura scribitur & byssо fuisse vestitus. Vnde beatus Hieronymus parentes instruens quomodo liberos suos rectè educare & erudire debeant, vt habitu testentur quod corde profitẽtur et ore, ita ait. Ipse habitus doceat eam, (de Paula loquitur Lætæ filia) cui promissa sit. Caue ne aures eius perfores: ne cerussa & purpurisso consecrata Christo ora depingas: nec collum auro & Margaritis præmas: nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris. Habeat alias Margaritas, quibus postea venditis emptura est præciosissimum Margaritum. Et beatus Iacobus. Quicunque inquit voluerit amicus esse huius seculi: inimicus Dei constituitur. Item beatus

Luc. 16. a.

Hiero. ad Lætam.

Iac. 4. a.

1.Iohan.2.c Iohannes. Si quis diligit mundū, nō est charitas Patris in eo. Quare non immerito sibi metuere debet ne expers sit diuini amoris quisquis adeo placere studet huic mundo per splendorē precioſarum vestium. Atqui prorsus indecens & nefas est viro religioso vt ambitionem sequatur in vestibus, quippe qui vna cum Iohanne baptista solitudinē est ingressus, atq; ob id defugere debet non modo pretiosum valorem, & oblectā tem formæ seu coloris speciem, verū etiā molliciem omnem & immodicam commoditatem: sed contrà rudibus & asperis carnem suam macerare, Christi humilitatem sectari, & mundanum debet fauorem aspernari. Qui impense studioſus est ornādi corporis, is fere incurius est ornandæ intus animæ: & quo foris videtur comptior, hoc intus fit deformior: deniq; quo plus studet placere hominibus, hoc Deo & angelis eius redditur ingratior. Proinde quisquis vna cū virginibus prudentibus feliciter ingredi cupit portam salutis perpetuæ, sedulo ornare se studeat, non cū fatuis illis virginibus foris, sed cum prudentibus intus: nec aliud requirat in vestitu, quam vnde frigus arceri, & verecunda queant velari. Quamquā in ipsis vestibus etiam moderatio quædam ser-

uanda

uanda est: ne videlicet pretium color & forma, nec supra modum sint pretiosa, nec rursus infra modum vilia & peregrina: ne si in alteram videaris partē plus æquo singularis, vel digito monstreris, vel omnium in te oculos ob insolitam illam precij coloris aut formæ nouitatem vilitatemue conuertas.

Ad religiosum .1.

VEruntamen tu qui monachum & cō temptorem profiteris huius mundi, qui per externam vilitatem testari & exercere debes humilitatem & cæteras virtutes externas, caue te pudeat apud hominē quēquā secularem vel tui vestitus ordinis, vel viliſſimæ etiam per te præstandæ operæ: quin potius hinc tibi gratulare, q; à Deo in hoc delectus sis, vt cōtēptibilis sis in domo Domini iuxta illud dauidicum, Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. Caue in super solicitus sis parandis vestibus quæ nō iniuria superfluæ possunt censeri, sed ijs contentus esse disce, quæ pro ratione instituti, temporis, loci, & imbecillitatis tuę iudicantur necessariæ. Quinimo elige potius paucis egere, quam multa possidere. Ama & sectare paupertatē, & cotidianā quandā ipsius Psal. 83.

ipſius famam habere ſtude, per hoc enim Chriſto (qui animi affectus intuetur) fies cõformis, et dignus habeberis qui diuitias conſequaris ſpiritualeis. Sola te neceſſitas compellat vti rebꝰ hiſce extrarijs, corde interim non niſi cœleſtiũ rerum deſiderijs occupato, quo fiet vt in habitatorem habere mereatur Patrem cœleſtem. II.

COr itaque tuum ne occupato parãdis accipiendis aut poſſidendis rebus quibuſdam præcioſulis, vt ramulis, linteolis, cultellis, imagunculis, bacculis præcatorijs, & id genus alijs, quibus facile non tam carere poſſis, quàm etiam citra nefas pro neceſſitate aliqua ſeu vtilitate cum ſobria moderatione vti. Verum iſtiuſmodi rerum copiam & veluti theſaurum quendam habere aut poſſidere, & ægrè ab illis diuelli magnũ præſtat obſtaculum profectui ſpirituali, atque adeo nõ minor hic auaritia cõmitti poteſt quã à ſecularibus, in parandis ac poſſidẽdis magnis mũdi opibus ſeu pecunijs. Caue tibi aliquando dicatur, quod in Euangelio ſcriptũ legimus. Si in iniquo mãmona fideles nõ fuiſtis, quod rerum eſt quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles nõ fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Alienum nobis eſt quicquid extrarium eſt, quæ vero nobis

Luc. 16. c.

propria

propria sunt, spiritualia sunt. III:

DVm tuo cum animo reputas, quid vestitus iste tuus tibi declarat, ingemisce protinus et erubesce te non esse talem intus, qualem te vestis mentitur foris, atque adeo etiam deplora non te iam prorsus esse mortificatum, quum vestitus ipse præter cæteras omneis occupationes tam efficaciter ois te mortificatiõis, (vt sanctus tradit Basilius) admoneat. Habitus enim religiosus, imperfectioribus quasi pædagogus quidã est, quo cõseruẽtur & arceantur à prauis & indecoris actionibus. Longè auẽ fœdius est, si qui habitu tanquã religiosum & abstemiũ sese ostentat, nequitiæ aliquid committat, quã si vulgaris quispiam tantũdẽ dedignet. Proinde si candidũ gestas amictum, tecũ reputa an similiter & cor tuum nitidũ sit & candidũ, an vestis illa innocentiæ Christi candidata sanguine, & in baptismo recepta, nullis sit contaminata sordibus vitiorũ: & metue ne fortè similis sis sepulchris magnatum dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Si atro vteris colore, mœroris & luctus indicatiuo, vide an intus mœrens & corde compunctus cotidiè plangas primum tua ipsius com-

Basi.

Mat. 23. c.

commissa, hinc mundi huius calamitosi miserias & pericula, deinde peccatorum cæcitatem & ingratitudinem. Si vestis est cinerei coloris, qui sacrę paupertatis & demissi præfert indiciũ animi, vide num germanè sis pauper spiritu, & humilis corde nil huius mundi expetens, quam quod mera requirit necessitas, omnemq; auersans mundi huius honorem & gloriam. Si quid aliud in te deprehendas protinus ingemisce, atq; ita tecum meditare. O Domine, quando tandẽ re ipsa futurus sum, quem esse me meus hic foris mentitur habitus.

Ad secularem .i.

QVod si vero secularis sis lege viuẽs communi, nihilominus etiam tibi ratio quædam indumenti seruanda est, ac primum dispiciendum num magnificẽtius aut splendidius vestiaris, quam statum tuũ deceat, vt hoc pacto opulentior aut nobilior habearis, quam re vera sis. Deinde rationem in eas, quã tibi de ipso tui amictus ornatu placeas, etiamsi amictus ipse nihil habeat quod te dedeceat: & si quid hic peccasse te deprehendas, abijce protinus eiusmodi ornatum, qui offensaculi tibi gignit materiam, & diuisorem quendam agit inter Deum & animam tuam. Si apud te seruan-

tur

tur res quædam exquisitæ curiositatis aut precij, quales esse cõsueuerunt cingula globuli precatorij,& alia pleraq;,quæ non necessitati, sed soli seruiunt pompæ & luxui, si aliquis in te est diuini amoris & contemnendæ vanitatis igniculus,perrumpe ocyus impium istum animi tui affectum: & diuenditis inq; egenorum subsidium illis distractis inde Deo sacrificium facito, vnde ipsum probaris offendisse. Alioqui vitiosus ille animi tui ad res huiuscemodi affectus magnum præbebit obstaculum, tũ diuine gratiæ, tum etiam impetrandæ super fastu,& curiositate (qua in ipso diliquisti) veniæ,quamlibet etiam sæpe confitearis. Aut certè ideo hoc facito, vt per hoc gratissimum Deo offeras sacrificium sicuti fit quoties ipsi quippiam offertur, aut ipsius ergo deseritur, cui humanus affectus impẽsius inhæresci aut afficitur quemadmodũ supra modum Deo gratus fuit affectus ille Abrahæ parati more Dei immmolare & occidere Isaac vnicum suum & vnicè charum filium.

II.

DVm religiosum quẽpiã cernis dispa-
rem tibi amictu,hic iam erectã deprĩme mentis tuæ ceruicẽ: & occasione vestitus, dignitatem contẽplans sacri monachatus

nachatus Deum in seruis suis venerare, atq; ita tecum cogita. Quanquám foris vestitu & vocatione sim illi dissimilis, intus tamen in multis eidem debeo esse cõformis, si vnà cum ipso perpetuo cupiã esse beatus. Præterea incomprehensam illam Dei sapientiã, magnificis efferes et celebrabis præconijs et laudibus, quę in cœlestis illius gloriæ augmẽtum, varia mortalibus impertiat tam naturæ quam gratiæ munera, varios prouideat ad se perueniendi modos, eorũq; alios alijs perfectiores, ex quibus diuersa in cœlo consurgunt gaudiorũ & gloriæ præmia. III.

PRimo statim diluculo dũ te vestire paras dolens recordare primi illius criminis per Adamum cõmissi, cæterorumq; omnium quæ inde sequuta sunt delictorum & offensarum, per quæ priuati sumus ingenua illa innocentia, & venustissimo quodã nostræ naturæ decore, atq; hinc factum memineris, quod ad obtegendam ipsius deformitatem & fœditatem, nunc ipsam cogamur operire, quum id nec in paradiso factũ sit, terrestri ante præuaricationẽ, nec in paradiso fiat cœlesti, vbi omnia erunt pura cãdida et immortalia, eoq; nulla cooperiendæ naturę velamina necessaria. Apprecare insu per diuinam bonitatem, vt animam tuam induere dignetur vestimento salutis, indu-

mento

mento iustitiæ,& veste illa nuptiali charitatis,& tanquã sponsam ornare dignetur virtutum monilibus, vt ne in extremo illo iudicio appareat cõfusio nuditatis tuæ,& vt calida veste charitatis munire te possis aduersus frigus omne torporis,et aduersus flatum omnem diabolicarum suggestionum. IIII.

DVm inopem quempiam videre contingit, eumque mendicum, lacerum, aut pannosum, caue illum fastidias, sed potius in mentem tibi subeat suscepta tui causa paupertas Christi,ad hæc metue te cumque cogita animam tuam fortasse longè sordidioribus opertã esse ante oculos diuinæ maiestatis,quam is sit foris ante oculos hominũ:& ex amore paupertatis Christi(vt ita animam tuam vindices ab egestate spirituali)libens aliquam eidem impertire eleemosynam, modo tibi suppetat facultas.

De disciplina in vsu membrorum seruanda. Ca. 7.

POst disciplinã in vestitu seruãdã,hic iã dicendũ quomodohomo solicitus esse debeat seruãdæ disciplinæ in vsu membrorum:& in omnibus actionibus,vt in eundo,stãdo,sedẽdo,loquẽdo,vidẽdo,audiẽdo & similibus. Cõdecẽs enĩ est & rationabile, vt ei seruiamus vtroq;,nẽpe aĩa simul & corpore q vtrũq; et cõdidit & nobis donauit.

Tunc

Tunc autem dignè ei corpore famulamur, quando membris nostris non in aliud vtimur, quã in quod ille nobis ea donauit, & quo illi obsequium aliquod impendere solemus. Cauendum autem ne membra alia aliorũ functiones seu operas occupent aut interturbent: quemadmodum nonnullis id vsu venire cernimus. Videas enim nonnullos dum loquũtur & manus simul & pedes indecorè agitantes. Alios item videas, lumi nibus vagis nihil nõ adspectantes, etiã quæ ad ipsos nihil attinẽt, & quæ contueri parũ habetur decorũ. Præterea alios nõnullos capita sua mouentes seu rotãtes videas, dum quid audiunt vident aut loquuntur, quod ipsos malè habet, aut admirationem aliquam adfert. Quæ omnia argumenta sunt vagi atq; indomiti spiritus, qui nusquã non conatur omnib⁹ modis sese exerere. At homo spiritualis solicitè sese debet in omni exteriori apparatu cõponere, ac totum sese accommodare, vt membris suis ad ea præstanda vtatur, ad quæ destinata sunt, idque ita modestè ne quis merito possit offendi. Reperias enim nonnullos qui fere non arrigant aureis, nisi etiam hiatum quandam oris faciant, quasi verba ipsa per os sint excepturi. Alij si quid

serio

ſerio operentur, rictum oris indecorè diſter
minant, corrugatis vtrinq; buccis, & nuda-
tis interdum dentibus, aut exerta foras lin-
gua. Alij quoties inter laborandum mẽbra
mouent, toties & oris habitum diſtrahunt.
Alij dum loquuntur, manibus geſticulari nõ
ceſſant, digitos in altum tollunt, manus in
omnem partem euentilant: ſicq; non tã lin-
gua loquuntur quàm manibus. Alij ſi quid
audiant inſolentius, capite in alterum refle-
xo humerum, vnicã aurem veluti oſtentãt,
quaſi altera obſurduerint: & quaſi non iux-
ta vtraq; auris auditui ſeruiat. Sunt & aliæ
ſexcentæ hiſtrionicorum geſtuũ formę, pla
nè indecorę atq; adeo etiam Deo pariter &
hominibus diſplicentes, quos percenſere lõ-
gum ſit. Proinde quiſquis amans eſt hone-
ſtatis & ciuilitatis, in primis curabit, vt vul-
tus ſui habitus maturus ſit & placidus, non
amarulentus nec toruus: non vltra modum
hilaris, nec rurſus vltra modum ſeuerus, ſed
medio quodam modo, nẽpè & matura qua-
dam dulcedine, & dulci quadam maturitate
temperatus. Hanc autem placidam grauita
tem ſeruari oportet non tã in publico apud
alios quam in occulto nullo ſpectatore ho-
mine: propterea quod diſſolutio vel oculis
diuinæ maieſtatis atq; angelicorum ſpirituũ

conſpectibus ſummoperè diſpliceat: ita vt Deus non raro propter eam ſua dona mortalibus ſubtrahat: quemadmodũ probè norunt qui ſpiritu ambulãt, & tam in fuſæ quã ſubtractæ gratię ſtudioſi ſunt obſeruatores. In hac autẽ virtute ſicut prȩcipua ſpiritualis progreſſus ſita eſt proſperitas fœlicitas & vtilitas: ita huiuſce virrtutis ſeruãdæ ſtudio parum adhibent operæ, parumq; ſibi diſpli cent diſſolutionis alicuius, ſeu reliquorum interni profectus obſtaculorum nomine, quotquot Deo non ſtudent per verum amo rem & eidem ſpiritu copulari, contenti interim dilectione quadam ſterili atq; euanida: qui an ſibi faciant ſatis, viderint ipſi. Huius rei typũ prætulit lex illa vetus dum vetuit offerri in ſacrificium Domini, quicquid vitio aliquo ſeu macula, vt claudicatione ęq citate, morbo, aut alio aliquo incommodo
Leu. 22. c. eſſet deformatum. Omnis inquit macula nõ erit in eo. Si cæcum fuerit ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas aut ſcabiem, aut impetiginem, nõ offeretis ea Domino: nec adolebitis ex eis ſuper altare Domini. Deus qui in omnibus ſuis eſt abſolutiſſimus, taleis quærit famulos qui nuſquã vllam habeant vitij alicuius maculam. Sicut enim in cœlo habet ſeruos ſuos, ſed ex omni parte perfectos:

ctos: (sine macula enim sunt ante thronum Dei, vti sacra testatur Apocalipsis,) ita in terra de nullo verè sibi placet nisi qui hanc sibi studet integritatẽ parare, iuxta id quod scriptum est. Omnia facito secundum exemplar quod tibi in mõte monstratũ est. Hinc etiam Moses ait. Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo. Itaq; quisquis moribus est incompositis & contaminatis, metuendum ne aut ociũs diuina gratia spolietur, & Deo reddatur inuisus: aut certè ne iamdudum spoliatus sit, atq; á Deo auersus, iuxta illud Sapientis. Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso: annuit oculis: terit pedè, digito loquitur: prauo corde machinatur malum: & omni tẽpore iurgia seminat. Quem locum pertractans Hugo. Propterea inquit hũc hominẽ prius apostatam nominauit, quia nisi prius intus á conspectu conditoris mentis auersione caderet: foris postmodum ad incõstantiam & seminãda iurgia nõ veniret. Huc spectat et illud Iesaiæ. Pro eo q; eleuatæ sunt filiæ Siõ & ambulauerũt extẽto collo, et nutibus oculorũ ibãt, & plaudebãt, & ambulabãt, & pedib⁹ suis cõposito gradu incedebãt, decalua bit Dñs verticẽ filiæ Siõ, & Dñs crinẽ earũ nudadit. Quo sanè sermone palã indicatur, morũ dissolutionẽ deo sũmopere displicere

Hic aliquid adieciuus ex schedis Domini Florentij:

Apoc. 14. b.
Exo. 25. d &
Heb. 7. h.
Deute. 18. c.

Pro. 6. b:

Hu. de S. Victore li. de iusti no.

Iesa. 3. c.

vtpote quæ à corde proficiscatur propha-
no, parum meticuloso, parumq; sui condi-
toris memori. Necesse ergo est hominē cō-
positum esse in omnibus suis actionibus, in
incessu, in motu, in quiete, in colloquio, &
cæteris aliis: ita videlicet vt gratiosus sit ci-
tra molliciem, quietus citra dissolutionem,
grauis citra tarditatem, alacer citra inquietu
dinem, maturus citra amaritudinem, et citra
toruitatem & amarulentiā seuerus: alioqui
non iniuria illi metuendum, ne propediem
sit intus à suo conditore destituendus: et pro
tinus lapsurus aut in ignauiam, aut in sterile
otium, aut in conscientiæ distractionem vel
ariditatem, aut alioqui in aliquā animi cœ-
citatem, atq; ita integrum illi nō erit cor su
um intro in semet, nec sursum ad Deum re-
ducere, sicuti dudum consueuerat, quando
per diligentem sensuum custodiam, perque
decentem morum compositionem, viam ac
locum Domino pararat: qui super ōnia pa-
Psal 75. cis & tranquillitatis est amator, iuxta illud.
Et factus est in pace locus eius.

De honestate externa aliquot præceptiunculæ.

PRIMA.

His filia habes in Spec. mona. in op. Bern.

QVoties domi contineris, aut secretū
te cubile claudit subtractum aspecti
bus ho-

bus hominum, ibi vsq; memineris Deum ac sanctos angelos tibi esse præsentes, & ita omnia agas quasi ipsos corporaliter tibi cerneres adstantes, atq; ita honestatem primum apud temetipsum in priuato seruare discas, quam seruare debeas in propatulo, quo per eiusmodi sedulitatem & prouidentiam cõmodius huic virtuti adsuescas. Vbi vero qp piam hac in re peccaris, hic protinus seuerũ quendam tui ipsius apud Deum ages accusatorem & increpatorem, & tuũ agnoscens cum humilitate reatum, diuinam orabis bonitatem, hanc noxã, qua vel ipsam vel proximum offendisti, benignè tibi dignetur ignoscere.

II. Sacræ nostræ religionis ceremonias maxime ad cultum pertinentes ecclesiasticũ, vt sunt inclinationes, genuflexiones, prouolutiones, prostrationes, manuum coniugationes, multa cura studebis obseruare, interim tamen multo solicitior, vt intus præstes animo, quod foris exhibes corpore. Veluti dũ ceruicem demittis: dum genua solo applicas, dum toto te corpore prosternis, vt toto tunc affectu teipsum intus Deo submittas, humilians te sub potenti manu ac volũtate ipsius, simul incomprehensam gloriosam & altissimam illam adorans maiestatẽ,

cui omnis subiicitur creatura, & sine qua nihil omnino potes.

III Caue etiam ne per eiusmodi ceremonias vanam humanarum laudũ auram captare studeas, nèue propter ipsam morum honestatem pro ciuili & aulico haberi cupias. Præterea cauebis ne quid agas ritu aliquo insolentiori præter receptam consuetudinẽ locorum seu personarum quibus cum versaris, & ne ob peregrinos tuos mores quempiam fortassè offendas, tanquam qui videri cupias, aut cæteros à tuis moribus alienos reprehendere satagas: quin potius in omnibus semper rationem habeas syncerè & columbinæ simplicitatis, hoc est in omni actione synceram habeas intentionem.

IIII. Solicitè insuper abstinebis ab omni cuiusuis hominis vel eiusdem tecũ sexus, quamlibet esset probatæ vitę, atq; adeò arctissima tecum necessitudine coniuncti contrectatione, sicuti sunt mutua illa cum incessu manuum sodalitas, lacertorum in alterius collũ iniectio, menti demulsio, colluſio, palpitatio, poysma, titilatio, & id genus alij illeberales contactus: qui non modo indecori, verum etiã nonnunquã sunt humanę conditionis fragilitati periculosi, quod ipsa facile in plerisq; commoueatur ad impudicos affectus,

affectus, vndè pudicitiæ ſponſus Ieſus faciliter poteſt offendi.

Vide Spec. mon. in op Ber.

V. Omni tẽpore cauebis ne in iis quæ ad deuotionem extrariam, vel ad communem ſpectant Dei cultum inter cæteros ſis ſingularis, maximè tamen in publico. Neq; enim id multũ cõfert ad veram pietatem, ſed nec magnoperè prouehit deuotionem internã, magnam verò occaſionẽ præbere poteſt vanæ gloriæ, & plerunque etiam multã habet hypocryſeos noxam ſibi coniunctam, dum quis propter id religioſior haberi cupit quã re vera ſit. At in virtutibus ſublimioribꝰ, vt in amore in deuotione animi, in beneficẽtia in humilitate, in tollerãtia & huiuſmodi aliis ſummis niſibus ſtudebis peculiariter eſſe inſignis: nec ob cuiuſquã obloquutiones iſthuc tuũ ſtudiũ aliquãdo remittes. Nemo eñ glorioſè coronabitur in regno cœleſti, niſi qui ſingulariter virtutibus fulſerit in regno terreſtri.

Quod inceſſus hois debeat eſſe ꝓuidus et cõpoſitus. ca. 8.

NEceſſum eſt præterea hominem promouere cupientẽ prouidũ atq; cõpoſitũ eſſe in omni ſuo inceſſu, non ſolũ vt hac in re decentẽ ſeruet modũ, verũ etiã vt in eũdo ſit prouidus, ne videlicet quoquã niſi quò vocat neceſſitas, ſe recipiat, alias verò ſemper quantũ fieri poteſt quietẽ quẽrat.

Incessus decens.

Congruus incedendi modus in hoc situs est, si incessus nec sit præpoperus, qualis est curiosorum, nec lentus, qualis esse consueuit ignauorum & somnolentorum: ad hæc si incedatur non erecta ceruice, non obstipato capite non capite concusso, non corpore, brachijs, aut lateribus alternatim retortis, non gradu duplicato, qui mos est splendidè nutritorũ caballorum, sed gradu medie inter celerem & tardum temperato. Quippe incessus tardus argumentum est superbiæ, incessus vero præpoperus speciem præfert leuitatis, aut inquietudinis. Quinimo impetuosus ille ad rem aliquam procursus, quasi alias nunq̃ tempestiue ad eam perueniendum sit, magnum præstat internæ quietis & tranquillitatis animi, & spiritualis cum Deo vnionis impedimentum. Videndum tamen semper quid requirat necessitas vel ratio, festinum ne incessum an tardiusculum. Semper vero & vbiq; quantum fieri potest contendendũ tibi, vt siue in motu siue in quiete Deo possis per contemplationem adhærere, ne forte iacturam aliquam incurras diuini amoris seu spiritualium donorum, quæ facile consueuerunt amitti. Proinde cauendũ, ne quis gressum sibi fingat imitatitium, quod is facile deprehendi possit non aliunde proficiscí quam

ci quam ex affectu placendi huic mũdo, aut ab arrogantia, aut hypocrisi: quemadmodũ hoc ipsum testatur sapiens dum ait. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, et risus dẽtium, & ingressus hominis enunciat de illo. Per ea enim quæ foris exhibentur, siue eadecora sint, siue indecora, facile perspicit vir cordatus quid intus geratur in animo. Iam quod ad prouidentiam attinet ipsius incessus, solicitè semper prospicere debet, quo quis sese recipiat, quo spectet, quæ causa impellat, quale hominum genus adeat, qualeis habiturus sit comites. Horum omnium atq; aliorum similium rationem inire debemus, primum ne de nobis dicatur, q̃d babet scriptura. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum, deinde propterea quod Deus diligentissimus sit explorator nostrarum omnium tum cogitationum tum actionum, dinumerans (sicuti testatur Iob) gressus nostros tam bonos quam malos, ob seruansq; omneis semitas nostras, et vestigia pedum nostrorum considerans. Prẽterea cũ gestus omnes extrarij ex corde proficiscantur tanq̃ ex quodam fonte seu radice, vnde secum vel bonitatem trahunt, vel prauitatem; æquissimum est, vt quisq; in omni sua actione

Eccle. 19. d.

Incess. prouidus.

Iesa. 59. b.

Iob. 14. d. 34. c.

Iob. 13. d.

actione prouidus sit & circũspectus: ne quic quã agere, aut proficisci quoquã contingat temerè aut inconsultè, iuxta consilium illud
Pro.4.d. Sapientis ita nos adhortantis. Oculi tui recta videant: & palpebræ tuæ præcedãt gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis: & omnes virtute stabilientur. Hoc est, prospice tibi semper quocunq; te decreueris recipere, ne sicubi fortè dispendium aliquod feceris animæ tuę, sera tandem corripiaris pœnitudine: sicuti magno suo malo Dauid, deambu
2.Re.11.a. lauit in solario domus suę, Thamar sedit in
Gen.38.c. biuio, & soror Absalon, conclaue ingressa
2Re.13.b. est Amnon fratris sui.

Quam vtile sit necessitudinem habere cum hominibus probis. Cap.9.

1.Re.30.b SEdulò itaq; nobis prospicere debemus diuinum semper (exemplo Dauidis) expetentes & sequentes consilium. Atque hoc quidem faciemus primũ si toto pectore conuersi ad Dominum illud verè dicamus quod idem dixit propheta Dauid. Audiam
Psa.84. quid loquatur in me Dominꝰ Deus, deindè si sedulò vitemus & loca et pariter homines ipsos vnde nobis possit conscisci pernities. In primis autem expendendum quale sit sodalitium, & cuiusmod sint hoẽs quos decreueris adire, aut quibus cum erit cõuersandũ. Nam talis quis efficitur, qualis est is qui cũ ver-

versatur. Fieri enim haud potest, vt consuetudinem habeamus cũ homine palã improbo & ita pio sine aliquo animę nostræ dispẽdio: sicuti fieri nequit vt quis diutius adsistat igni, & igne ipso non incalescat, aut ollam frequentius contrectet nigrore vndiqꝫ consperſam, & ab ipsa nullam sibi contrahat labem. Quippe verissimũ est, quod protulit Sapiens. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui cõmunicauerit superbo induet superbiã. Vnde etiam Boetius. Quæ inquit pestis efficacior ad nocendũ quã familiaris inimicus? Cõtra vero nihil est in rebus mortalium conducibilius ad instillandam probitatem, quam cõsuetudinẽ habere cũ probis: primũ quod illorũ colloquia actiones & gestus omnes, exempla sint virtutum: deinde quod proborum beneuolentia virtutum societatẽ amicis adferat, iuxta illud Amicorũ omnia communia. Ad hęc pij pro peculiaribus amicis peculiareis etiam præces expromere consueuerunt. Adde etiam quod virtus ipsa longè facilius discatur exẽplis piorum viuis, quam scripitis prudẽtium virorũ quodãmodo mortuis. Plus enim viua vox & cõuictus quã oratio prodest, sicuti et vox ipsa cõcionantis non paulo acrius ferit auditoris animũ, quã libri ipsi, p̃ceptoris muti.

Eccle. 13. a. Boe. li. 3. de cõ. phi. 5.

Pithagoras τὰ τῶν φίλων κοινά. Senec. ep. 6 Hie. adpaulin. t. 3. ep. 2 Habet nescio quid latentis ἐνεργείας ua vox: & in aures discipuli de autorisore transfusa fortius sonat.

Hinc

Augu. Hinc beatus Augustinus. Si paupertas angit, si luctus mœstificat, si dolor corporis inquietat, adsint boni homines, qui non solũ gaudere cum gaudentibus, verum etiam flere cum flentibus norũt: & salubriter alloqui & colloqui sciunt: per hoc plurimum illa aspera leniuntur, grauia releuantur, superantur aduersa. Profuerit quoq; consuetudinẽ habere, & nonnunquam etiam colloquium miscere cum ijs qui pietatem amantes communi tecum ducuntur affectu, qui aut probi sunt aut certè ad probitatem contendunt: eiusmodi enim mutuo se iuuare, & alterutrũ ad virtutem extimulare consueuerunt. Etenim quum diuersi diuersis sint præditi dotibus, & quum huic fortasse aliquid peculiaris doni concessum sit, quod alij sit negatũ, mutuis debent officijs vicissim alij alios pro diuersorum ratione munerum iuuare. Vix enim reperias qui non itidem dicere habeãt quod dicebant apostoli iam tum ciuitatem Emmauntem ingressi. Nonne cor nostrum
Luc. 24. c. ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Verba diuina, potissimũ è pectore prolata viri sancti oppido sanè sunt ignita, ac mirum in modum colloquentium animos probantur accendere: quemadmodum hoc ipsum palam ostendere

dere possunt veterum quorundam patrum aliquot historiæ, qui quum in mutuum de rebus cœlestibus incidissent colloquium & sui obliuiscebantur & temporis, noctes æquantes diebus, & dies iungentes diebus, idque interdum nec cibo sumpto, nec somno, ita tori diuina quadam flamma per sancta illa de rebus cœlestibus inardescebant colloquia. Proinde tu quisquis es, qui aridum te & torpidum deprehendis in amore erga deum, optimorum semper quære contubernium: amicitiæ fœdera iunge, & frequenter congredere cum probatissimæ vitæ hominibus, vt pectoris tui domicilio Dominus dignetur benedicere, non secus atq; benedixit domui Phutipharis Aegyptij propter contubernium sancti patriarchę Ioseph, quẽ pretio cõparatũ in suã adseruerat familiã: deinde etiam vt quemadmodum Laban opibus affluere cœpit simul ac conuictorem habere meruit venerandum patriarcham Iacob, dicti Ioseph parentem, ita tu diuitijs cumuleris spiritualibus. Quantam autẽ habeat efficaciam contubernio aut consuetudine vti virorum probatorum, palã liquet vel ex Regnorum voluminibus: nimirũ ex illo quod contigit iniquo Regi Sauli Dauidis persequutori: & ipsius Saulis nũcijs emãdatis

Gene. 39.a

Gene. 30.d.

datis ad capiendũ Dauidem, qui vtriq; prophetasse scribuntur simul atq; iunxerunt se-
1.Reg.19.d se prophetarum cœtui. Misit enim Saul (inquit scriptura) lictores vt raperent Dauid, qui quum vidissent cuneũ prophetarũ vaticinantium, & Samuelẽ stantem super eos, factus est etiã Spũs Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi. Quod quũ nunciatũ esset Sauli misit & alios nuncios, prophetauerũt aũt & illi. Et rursũ misit tertios nũcios, qui & ipsi prophetauerũt. Abijt etiam ipse in Ramatha & venit vsque ad cisternã magnam, quæ est in Socho & interrogauit & dixit. In quo loco sunt Samuel et Dauid? Dictũque est ei. Ecce in Naioth sunt: & ambulabat ingrediens, & prophetabat vsq; dũ veniret in Naioth in Ramátha. Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cęteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbium. Num & Saul inter prophetas?
Iuue. sat. 2. Aspice quid faciant commertia.

Quam pernitiosum sit consuetudinem habere cum improbis. Cap. 10.

Psal. 17. QVã periculosum sit cõsuetudinẽ habere cum improbis mysticus nobis psaltes manifestat, dum post illud Cũ sancto sanctus eris, continuò subiungit,

&

& cum,peruerso peruerteris. Quũ autẽ corrupta hominis natura semper pronior sit ad malum quam ad bonum, ferè sit vt plus ad nocendum valeat consortium malorum citiusque rapiat ad impietatem, quàm od virtutem iuuet et flectat consortium proborũ. Rem enim bonam corrũpere ac deprauare quã malam reparare & reconcinnare longè procliuius est. Hac de causa introducturus Dominus filios Israel, seuero edicto interfici Num.33.fo. ac dispergi iussit vniuersos terræ illius in habitatores, atq; adeo oẽm vetuit populo suo cum prophanis illis nationibus amicitiam, idq; sub hac interminatione. Si nolueritis in Ibidem.g. terficere habitatores terræ qui remãserint: erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus: & aduersabuntur vobis in ter Iu.2. & 3.d ra habitationis vestræ. Et quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciã. Quod ipsum etiam rei ipsius probauit euẽtus. Quũ enim relicti essent non pauci ex prophanis illis, partim ex populi israelitici ignauia, qui pro viribus conatus non sit illos prorsus dispellere, partim ex diuina permissione quæ illis vti voluerit ad probãdã et exercitandã populi sui virtutẽ atque cõstãtiã, & ad declarãdũ, an ex syncero amore & ex toto pectore Deo adhæreret, an secus grauissimis tãdem.

Dei

Dei populus iuncta iam cũ prophanis amicitia ab eisdem attritus est afflictionibus. Porro quod populo Israelitico vsuuenit, de relictis ei ad exercitium aduersarijs, idem & hodie contingit religiosis omnibus sodalitijs atq; collegijs: quæ nunquam fere sunt sine impijs & imperfectis. Qui pijs quidem & perfectioribus magnam semper præstãt insignium meritorum occasionem, dum illorum improbitate, istorum probitas, tolerantia, humilitas, benignitas, cæteræq; virtutes probantur & exercentur: imperfectioribus vero & incipientibus magnum adferunt virtutum dispendium. Quam ob rem eiusmodi tyrones ab illorum qui improbatis sunt moribus communione, studiose sese debent quatenus fieri potest subducere, ac sedulo eos qui scurriles sunt verbis, qui leues salibus, qui risu & cachinnis dissoluti declinare. Impossibile enim est, vt cum istiusmodi versantes tranquillitatem pectoris, morumq; grauitatem, quæ non nisi continua seruantur sedulitate, possint tueri. Heu væ, atq; iterum væ ei, qui perditorum hominum prorsus nihil veretur vti consuetudine, quum ne citra illorum quidem cõmercium vix liceat esse probis. Quinimo vt omnium etiam mortalium vites consortium,

vel

vel sic tandem vix ad tranquillam illam pacati animi perueneris vnitatem: quanto minus si in tumultuosam verseris inquietorũ & improborum turbã? Atqui si talium cõmercium fugere potes nec fugis, sed potius ipsorũ consortio aut ineptijs temet oblectas, etiamsi ipsos in suis imitari nolis, Deo tamen hac in re nõ mediocriter displicebis sicuti multa passim probare possunt scripturę loca, palam testantia, quemadmodũ proborum cum iniquis commercium vel Deo ipsi sit maximè inuisum nedũ pernitiosum probis. Liquet hoc in Iosaphat rege alioqui optimo: qui amicitia iunctus, & suppetias ferens impio regi Achab, grauiter Deũ scribitur offendisse: eoq; durã hanc à Domino per prophetam quendã audijsse increpationem. Impio prebes auxiliũ, & ijs qui oderunt dominũ amicitia iungeris: & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te & cæt. Huc etiam pertinet quod Dominus regi Amasiæ expeditionem adornanti vetuit ne in pugnã proditurus conductum sibi exercitum iungeret militum israelitarũ, propterea quod Dominus non esset cum illis. Ex his facilè perspicere & animaduertere quisq; potest, quã periculosum sit amicitia iunctũ esse cũ

2. par. 18. a. & 19. a.

2. Par. 25. b.

Gen.27.g8 impijs: aut versari inter eos, qui Deum non quærunt ex toto animi affectu. Exemplum itaq; nobis proponamus ipsum patriarchã Iaacob, qui matris sequens consilium, vel ar

Ibidem.c. repta fuga nõ dubitauit fratris sui Esau declinare contubernium: vnde etiã idoneus ac dignus effectus est visitationibus ac reuelationibus diuinis. Quæ res ad nostrã scripta doctrinã, figurã nobis prætulit, quod is dignus reddatur reuelationibus atq; afflatib⁹ diuinis, qui nouerit sese subducere cõsortio leuiũ & ineptorũ. Fieri enim haud potest, vt quis voluptatem capiens ex ridiculis, futilibus aut obscenis, simul etiam intus visitationibus potiatur & afflatibus consolationibusq; diuinis. Huius rei Sara illa Tobiæ iunioris vxor insigne in se præstans exẽplũ, ita Dominũ scribitur in sua præcatione ap

Tob.3.c. pellasse, Nũq; cũ ludẽtibus miscui me: neq; cum ijs qui in leuitate ambulant participẽ me præbui. Virum autẽ cum timore tuo, nõ cũ libidine mea cõsensi suscipere. Vnde etiam Ber.

Ber. Ber. Inter bonos inquit bonorũ esse salutẽ habet: inter malos vero etiã laudẽ. Illud tantæ fœlicitatis est quãtæ securitatis: hoc tantæ virtutis quantę difficultatis. O quale nẽpe est illud, tangere picẽ, & nõ inquinari

Eccle.13.a. ab ea? In igne sine lęsione versari. Te appello quisquis recens spirituali militię initiatus

es q seruũ aut ancillã profiteris Christi: õne defugito impar contubernium: vndiq; tibi prospicito: nullibi gẽtiũ est securus, nusquã tutus, Caue vsquã audaculus sis: cauete sodalitio tradas hominum malè feriatorũ aut parũ mortificatorũ: tuã ipsius cõtẽplare imbecillitatem, ne te cõmittito discrimini, cui te maturè potes subducere. Caue leuiculũ quid arbitreris leuiũ hominũ interesse cætibus, consolatiunculas sumere ex inanibus verbis, ex salibus, ex risibus, ex dicteriis, ex lusibus ex iocis, quãdoquidẽ hoc nõ est mũdũ fugere, sed quũ speciẽ promittas religionis, mũdũ sequi, nõ seculũ relinquere sed ãplecti, deniq; nõ ægyptũ deserere, sed semel desertũ repetere. Hac de re loquẽs insignis inter priscos patres Heraclides ait. Suadeo tibi serue Dei, vt omni virtute mẽtis diffugias eorũ cõspectũ atq; colloquiũ, quorũ cõtrariũ est bonæ vitæ ꝓpositũ. Quoniã & si nulla eorũ legiõe maculeris morũ ꝓbitate munitus, certè vel leniter aut resolueris vt securior, aut erigeris vt melior, & irridebis aut vituperabis taleis, q; nõ sine tua noxa fecisse cognosces. Sũt tamẽ hæc ipsa sanè intelligenda, ni mirũ vt cõsuetudinẽ quidẽ vitemus imperfectorũ & mundanorũ vbi fieri potest, sed maximè in conuersionis primordiis: & quã diu sumus & ipsi imperfecti Heraclĩ.

& imbecilles, etiamsi iam multis retro annis viam Domini fimus ingressi: neminem vero fastidiamus aut abijciamus, si quando nos ratio aut necessitas cogat cũ eiusmodi versari aut miscere colloquia: sequentes hac in re Senecæ doctrinam ita suo amico scribentis. Recede in teipsum quantum potes cũ ijs versare qui te meliorẽ facturi sunt illos admitte quos tu poteris facere meliores.

Seneca ad Lucil. ep. 7.

Breues institutiunculæ de ratione exeundi & versandi foris. 1.

QVacunq; ex causa aliquo te decreueris recipere, primo semper profectionis tuæ causam studiosè Domino cõmenda: neq; quoquam prodeas nisi sancta aliqua prẽmunitus præcatione: imo quod maius est vel orans, ac pio aliquo exercitio vacans egredere, tanquã corde tendens ad cœlestia: quo sic te Dominus tueri & cum prosperitate & fine animæ, seu spiritualis profectus dispendio dignetur reducere. Quod sanè haud quaquam fieri posset, sine peculiari diuini numinis ope: maximè quũ tot vndiq; sint obuia discrimina, vnde non sine detrimẽto aut cõtagio aliquo te queas explicare, quemadmodum grauiter scribit Seneca ita inquiens. Ego certè cõfiteor imbecilli-

Sen. ep. 7.

becillitatem meam. Nunquam, mores quos extuli refero. Aliquid ex eo quod compositi turbatur. Aliquid ex ijs qui fugaui redijt. Quid me existimas dicere? Amarior redeo, ambitiosior, luxuriosior: imo vero crudelior & inhumanior quia inter homines fui. Hinc rursus Quoties ait inter homines fui, toties minor homo redij. Minor pietate, minor trãquillitate cõscientię, minor puritate. Hæc itaq; facientem, sicque deuota teipsum prȩce premunientem non dedignabitur Dominus Iesus te dirigere: & angelus tuus sanctus solicitius te studebit conseruare, quemadmodum Tobiã iuniorẽ conseruauit angelus prȩmunitum pia præce Tobiæ senioris, cuius ille per omnia parens cõsilio, non solum omne euasit discrimen, verum etiam domũ reuersus est & vxore simul & magnis ditatus facultatibus.

II. Vbi te necessitas cogit prodire in publicum omni custodia arcanũ serua cordis tui thesaurum, & quærito semper vbi vales desidera vero vbi non vales solitudinem, ita vt citra euidentem necessitatem ipsam seu precioſam amicam omniſq; religionis fructiferam matrẽ nusquã deseras. Nam vt pisci diu benè esse non potest exẽpto aquis, nec volucri recens æditæ sublatę Pro 4.d.

ẽ nidulo, ita nec religioso præsertim monacho diu benè esse potest diutius quã necessitas postulat agẽti in publico. Qua propter
Sen.ep.7. iuxta Senecę præceptũ, fuge semper turbã seu multitudinẽ, imo paucitatẽ, imo etiã hominẽ solũ, & caue apud vllũ diutius quam par est hæreas. Solitudo & vnitas maximè tibi necessaria est, vtpote qua sine tuo damno diu carere non possis. Raro sine iactura hanc deseres: raro sine ingenti cordis amaritudine ad hanc reuerteris.

III. Si procul est eundũ, & ad prolixã aliquã te paras profectionẽ, sumpta hinc occasione cogita ꝓgressum illũ virtutũ spiritualẽ duraturũ toto vitæ tuæ tẽpore. Cogita peregrinũ te in regione hac aliena ꝓperantẽ ad ciuitatẽ Ierusalẽ cælestẽ, vnde fortasse porro abes. Nã vt longo vixeris tẽpore multosq; exegeris annos fortasse vel magna ex parte viæ es oblitus, vel magis regressus es q̃ ꝓgressus. Ideoq; altissimũ deprecare vt ipse te dignet ꝓtegere, nõ mõ in itinere hoc corporali, verũ etiã multo magis in itinere spirituali, ita cũ ꝓpheta dicẽ-
Psa.118. do. Gressus meos dirige secũdũ eloqũ tuũ, (hoc est, iuxta legis tuę prę scriptũ) & nõ dominetur mei oĩs iniustitia, & rursus cũ eodẽ
Psa.85. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veri-

in veritate tua. Vel apprecare Dominũ vt præcingat te virtute & ponat immaculatã viã tuã, vt perficiat pedes tuos tanquã ceruorũ, & super excelsa deducat & statuat te: hoc est ad culmen te perducat virtutum, in quo mentes constituit angelicas, quæ altissimè sunt diuini amoris perfectiõe sublimate IIII. Si iter periculosum & sordidũ arripiẽdũ est, in mentẽ tibi subeat iter vitæ prẽsentis multis vndiq; periculis expositũ, & varijs contaminatũ sordibus peccatorũ, atq; huius rei ex animo subducta ratione, cũ mẽstitudine cordis, id à Deo præcib⁹ impetrare studeat, vt & te comitari, & á lapsu dignetur præseruare, deniq; vt tibi largiri dignetur per fallax & contagiosum hoc seculũ citra animæ tuæ legionẽ & cõtagiũ pertrãsire. V. Ad ædẽ sacrã aut ad officiũ ecclesiasticũ iturus, cor tuũ diligenter præpara, distur batis inde omnibus extraneis cogitationibus, quæ quoquo pacto tibi possent in diuino cultu incõmodare, vt ita Deum colere & adorare etiam pijs cogitationibus queas nedũ labijs oris. Huc enim te Sapiens hortatur dũ ait. Ante orationẽ perpara animã tuã: & noli esse quasi homo qui tẽtat Deũ. Tãquã si dicat. Quicquid in te posset Deo displicere, ne cũcteris id ꝓtin⁹ abijcere & di

Psa. 17. ee
Hab. 3. d.
Eccle. 18. e.

ligenti discussione impiam tuam perscrutans vitam, si quid deprehendas noxæ maxime si quid offendas criminis tetrioris conscientiam tuam prementis, mox illud pro virili parte studeas peculiari aliqua cordis compunctione expiare, sumpto certo proposito deinceps nō relabendi, alioqui haud quaquam Dominus te est auditurus.

VI. Templum vero iam ingressus, primo omnium oculos sustolle in crucem illā dominicam, quæ sublimiorem & medium fere occupans templi locū, in ipsius chori sita est frontispicio. Et crucifixum contemplans oculis cordis, tecum reputa quam paratus sit obuijs illis & passis in cruce vlnis vnumquenq; excipere: item quomodo eiusmodi figura omneis nos adhortetur & extimulet ad sui imitationem per verā pœnitentiam, humilitatem, paupertatem, & mundi huius contēptum, deniq; quomdo excitare nos gestiat per ingestam animo nostro passionis suæ memoriam ad reciprocū sui amorem.

VII. Iturus ad sacram concionem, ne committas quin prius Deū precibus solicites ad impetrandam gratiā, quæ mentem tuā, & animæ tuæ aures, hoc est intellectum diuino quodam fulgore illustret atq; aperiat

quum

quum ad vtiliter capienda, tum ad salutariter retinenda, quæ saluti tuæ sunt necessaria. Peculiariter autem diuinum illum tibi inuocato Spiritũ, cuius numine sancti Dei homines afflati diuina nobis tradidere eloquia, vt eiusdem Spiritus illustratione ipsius possis traditiones apprehendere.

VIII. Vbi vero animi causa est egrediendum, veluti ad expatiandum, ad captandũ aërem, ad visendos amicos, ad conuiuium quo fortè vocatus es peragendũ: vnde fortè multum tibi occurret vanitatis, prius te diligenter armare studè clypeo prouidentiæ, quo vndique tibi ipsi vigilanter prospicias: maximè tamẽ oculis & linguæ: illis quidem ne diutius hominem quempiam adspectes, huic vero ne intẽperanter verba vspiam fundites, sed quatenus fieri potest in sermone te parcum exhibeas. Quod si vero quis vana quædam aut scurrilia multa effutiat, tu contra pectori tuo sanctum aliquẽ cogitatum ingeras, eoq; teipsum occupes: sicuti de beata legimus Cecilia, quod cantantibus in nuptiarum suarum celebratione organis ipsa in corde suo soli Domino decantarit, dicens, Fiat Domine cor meum & corpus meũ imaculatum vt non confundar. Præterea si quid audire aut videre contingat, Psal. nŏ.

contingat quod insignē aliquā in se habeat voluptatē iucūditatē aut venustatē, hic protinus animo transferaris ad contēplandam inenarrabilē illam iucunditatē & decorem regni cælestis, tecum reputans quātum illic suppetat voluptatū & gaudiorum, quo vel sic alacrius & perfectius calces fluxas omnes is voluptates huius seculi.

IX. Semper cū natu grandioribus potius versare quā cum iunioribus. Etenim vt sit iucundius versari cū iuuenibus aut cœnis, vtilius tamē & simul sēcurius est versari cū maioribus: nimirū q; ab his vtpote eruditis multarūq; rerū experiētia edoctis, quippiā scitu dignū audire aut discernere possis deniq; q; hi ferè sint cæteris magis prauis mundi voluptatibus demortui: eoq; minus subest periculi cū eiusmodi habere cōmercium. Quā vero sit pernitiosum & periculosū cū iuuenib9 iungere cōsuetudinē eorūq; parere consilijs manifestè discimus ex rege Roboā filio Salomonis: q parū abfuit quin totū suū perdiderit regnū, propterea q; iuuenū potius seq maluerit, quā cōsiliū seniorū. Prius tamē quā pectoris tui arcanū alicui reueles petiturus ab ipso consiliū, dispice diligenter hominis ipsius ingeniū vitā et mores, vt ne alij te credas quā religione & prudentia conspicuo. Quippe à melioribus

2.Reg.12.

melius itē habetur cōsiliū. Quāobrē cauē dum tibi ne prēproperus aut præceps sis in pandendo cuipiam animi tui secreto.

De linguę intēperantia, vitio longe pestilētissimo. Ca. 11.

VT instituti nostri prosequamur argumentū de honestate cōuersationis extraria, hic iam ipsius argumēti cursus admonet, vt nōnulla etiā de ratione silēdi atq; loquēdi tradamus. Quātū autē habeat momēti præsertim in homine religioso silētiū, quantūq; adferat hominis animo trā quillitatis, pbè intelligit quisquis rerū spiritualiū est nō prorsus rudis. Lōgè tamē pemitius id nouit q huius est virtutis studiosus, & ipsa rei experiētia didicit quātū cōferat ad obtinendā augēdamq; tranquillā illā vnionē animi, & ad cōseruandā cordis puritatē & quantum ex aduerso noceat loquacitas. Quū aūt nullum sit in humano corpore mēbrū q̄ plura cōmittuntur peccata, quam per linguā, (quandoqdē per hanc cōmittitur arrogantia, inuidentia, ira, impudicitia, obtrectatio: & in sūma oē ferè vitiorū genus paratur, atq; adeo etiam in alijs excitatur ministerio linguæ:) deinde quū tanta sit loquendi ꝓnitas, difficile est hoc mēbrū rectè moderari, quēadmodū benè testatur beatus Iacobus ita scribēs. Lingua inquit ignis est, Iac. 3. b.
vniuersitas iniquitatis. Lingua cōstituit in

mẽbris nostris qui maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium & cæterorum domantur & domita sunt á natura humana: linguam autem nullus hominũ domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. Ex lingua enim ceu ex redundantissimo quodam fontè scaturiũt detiuria, diræ imprecationes, blasphemiæ, mẽdacia, murmura aduersus Deum & prelatos, iniuriosa inuida & obscæna verba, obtrectationes, iurgia, falsa testimonia, manifestæ veritatis impugnationes, semina discordiæ, assentationes, dolosa consilia, reclamationes, scurrilitas, garrulitas, stultiloquia, iactantia, excusationes in peccatis, risus, ioci, deceptiones, proditiones, irrisiones, dicteria, subsannationes: & plura alia quæ difficile foret percensere: quæ omnia vitari possunt silendo. O humanam socordiam, quod nulla adhibeatur cura studio rectè gubernandæ linguæ vnde tanta scatet malorum colluuies. Qua frõtè religiosum se aut spiritualem fatetur seu æstimat, qui temperare haud potest suæ linguæ, quum sanctus Iacobus dicat, Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suã, sed

Iac. 1. d.

seducẽs

seducens cor suum huius vana est religio. Porro quanquã hæc pertineant pariter ad omneis potissimum tamen dicuntur nouitijs & iuuenibus, qui fere magis consueuerunt esse linguæ vitio obnoxij, nimirum promptuli ad loquendum, & ad tẽpestiuè prudenter aut vtiliter loquendum parũ instructi. Heu quid eloquar de tanta linguæ pernitie, de tanta hominũ incuria, de tanta hac in re intemperantia, quæ Christi Spirtum extinguit, quæ omnia virtutum semina in mente hominis exicat, quæ germina producit omnis impietatis, quæ monachũ reducit in ægyptũ, ex religioso faciens hominem mundanum: breuiter quæ quicquid est in homine tranquillitatis & bonæ frugis longo tandem vsu magnoq; studio cõparatum, vna simul hora perdit & dispellit? Quam sit autẽ prẽclarum parcũ esse in loquẽdo & diuitẽ in silendo, vel hinc liquet quod stultus si tacere sciat, reputetur sapiens, & si comprimat labia sua habeatur intelligens: & ex aduerso sapiens si multæ sit loquacitatis habeatur pro fatuo & illaudato: quandoquidem omnibus persuasum est taciturnitatem ipsam ad verã sapientiã & ad veram pertinere virtutẽ. Quãquam interim cernas qui nihil loquantur, quoniam Pro. 17. d.

quod

Eccle.20.a. q̄ dicant nō habēt. Est enim tacēs & nō habens sensum loquelę. Legimus de viro q̄dā insigniter prudēte, q̄ fortè in sodalitatē quā dā inciderit egregiè illiberalē, & multis fœdisermonib⁹ sordidam: vbiquum nihil omnino loqueretur, eoq̄ rogaretur, cur cæteris esset taciturnior: cur nō itē aliquid edicere ret ad exhilarādam sodalitatē, ita respōdit. Taceo. qa quę hic cū voluptate audiūt nec ipse noui, nec me decet ꝓferre: quę verono ui & me deceret ꝓferre, hic scio nō audiēda

De ingenti vtilitate ipsius silentij. Ca. 12.

Pythagoricorū disciplina erat tacere quinquēnium.

QVanta vtilitas proficiscat ex prudēti silentio multis doceri potest rationibus. De nonnullis legimus philosophis seu ethnicis magistris, q̄ nullum admitterent discipulum, nisi q̄ certo aliquo annorū spacio imperare sibi posset ab omni eloquio, & auditorē præstare posset elinguē. Persuasum enim habebant eū fore ad discendum ineptum, q̄ haud posset imperare linguæ. Sanè res ipsa clamat dolio pertuso aut rimoso nihil posse credi: & si quid infundatur, mox corrumpi effundi ac perire, tantū abest vt possit cōseruari. Quisquis ergo vnà cum Christi discipulis à diuino Spiritu, sapientia cupit imbui cælesti, taciturnus sit oportet & ab omni mundanarum re

rum stre-

rum strepitu quietus, sicuti erant apostoli in eodē oēs cōclaui, & magna quietudine vniti, quum virtute diuini Spiritus induerētur ex alto. Huc pertinet & illud q; venerando cuidam patri Arsenio nomine cœlitus dictum legimus, quū se diuino cuperet mancipare obsequio. Tale enim cœlesti voce scribitur audisse oraculum, O Arseni fuge, tace, quiesce. Quæ sanè tria, nempe solitudo quies & silētiū veluti incōcussum quoddam fundamētum sunt ædificij spiritualis. Hinc Esaias. In silētio inquit & spe erit fortitudo vestra. Quantum aūt huius silētij solitudinis & quietis studium habeat momēti & vtilitatis, multorum probat vita sanctorum & sanctarum: q se ab omni hominum turba abstractos abdiderunt in solitudines syluas, spelūcas & cauernas mortalibus nō tam inaccessas quā incognitas: quo vel sic interna potirentur quiete & cordis atq; intellectus cōsequerēt illustrationē & puritatem. Hanc autē cordis quietudinē nulla res magis impedit vt testis est Iohānes Gerson quā loquutio superuacanea nedū impia. Nihil inqt quieti mentis & contēplationi plus insidiosū, nihil ita pręciosissimę rei tēporis scilicet consumptiuū, nihil postremo perfectioni scholasticorum aliundè probatorum plus

Act. 2. a.

In Vitis Patrū li. 5. Par. 2.

Iesa. 30. d.

Gerson pr' prima epi. ad studēt Nauarre.

plus obuians, quemadmodũ colloquia non ſolum praua quæ corrumpunt bonos mores, ſed illa etiam quæ ſuperfluè diuq; protrahuntur, aut ſuper rumoribus vulgo volitantibus, aut ſuper ludicris pluribus & ineptis fabulationibus, aut ſuper contentionibus hominum in aduerſa tendentiũ. Sed quis digne verbis conſequi queant virtutis huius excellentiam & vtilitatem: & quam Deo gratus ſit homo taciturnus & ſolitarius? Atqui nullis quã huiuſmodi familiarius inuenitur Deus ſui feciſſe copiam. Moſes primum cum Deo colloquium nactus eſt, quum in interioribus ageret deſerti, ſoceri ſui oueis paſcens. Elias diuinam promeruit reuelationem in ſpelunca ab omni hominũ commercio elongatus. Venerabilis illa virgo Maria cœleſtæ nũcium & ſimul Dei Filiu n Chriſtum excepit ſolitaria in ſuo conclaui. Vnde Ieremias, bonũ eſt inquit preſtolari cũ ſilentio ſalutare Dei. Huc accedit quod omnes ferè diuinæ apparitiones oracula & viſiones, non niſi in quiete & extra hominũ ſtrepitũ piis hominibus legũtur factæ: veluti in ſolitudinibus, in ſpeluncis, in ſomnis, in conclauibus: ſicuti puer Samuel intempeſtæ noctis ſilentio diuino affatu cõpellatus eſt: nimirum quũ in lectulo ſuo decubans

Exo.3.a.

3.Reg.17.b.

Luc.1.c.

Tre.3.c.

cubans quiete potiretur idq; in templo Domini, vbi ministrum præstabat: atq; exinde propheta Domini, ac post etiã populi israelitici iudex effectus est. Cũ hoc ergo genus hominib⁹ Deus libẽs cõmunicare cõsueuit: hos plerunq; inuisere, hos solari, hos peculiarius sua gratia dignari consueuit. Apud huiusmodi quum omnia sint quieta nihil Deus offendit, quod diuinam suam appellationẽ interturbet, aut familiaritatẽ impediat. Hinc Dominus per prophetã de anima loquens spirituali ita ait. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Quę sanè solitudo haud quaquã esse potest vbi frequẽs est strepitus verborum. Hac de re loquitur & Ieremias dum ait. Bonum est viro quum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit: & leuabit se super se. O venerandum silentium: o bonum præclarum, quo sine omnia pene pia exercitia sterilescunt. Quare non iniuria nullum ferè deprehendas monachismi institutum quãlibet etiam laxum, quod non aliquod habeat prescriptum de seruando certis quibusdam temporibus ac locis silentio: quibus nõnunquam vel a bonis silendum, nedum à malis: scilicet ne cætera pia exercitia quoquo pacto interturbẽtur. Ah qui nã diuino fruatur

Osee.2.c.

Iere.3.&

alloquio, aut diuinam audiat vocẽ, qui frequens est in compellandis mortalibus, & mentem identidem distrahit colloquijs humanis, maximè quũ is sit veluti domus quędã omnibus destituta ostijs & clausuris, eòque & liberum omnibus tã hominibus quã animantibus brutis præbens incursum pariter & excursum, & varijs vndiq; exordescens spurcitijs. Quare non immeritò propheta Dauid ira præcatur. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Non declines cor meum in verba malitiæ. Huius rei typum nobis portendit lex illa vetus vbi ait. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, immundum erit. Indicat enim hoc sermone scriptura fieri haud posse, vt mundus habeatur apud altissimum, qui nõ septus, sed omni remoto repagulo totus expositus est hauriendis fundendisq; sermonibus. Proinde chariſſimi si gratum Deo cupitis præstare obsequiũ, discite constanter continẽtis esse linguæ: raro quis plus proficit loquẽdo quã silendo: raro verbũ etiã vtile & honestum profertur, quo nõ charius sit silentiũ. Quin & Sapiẽs testatur in multiloquio nõ deesse peccatum Quamobrem si hic expertes esse cupitis multarum periculosarũ offensarũ: si hic

Simile.

Psa.140.

Nu.19.c.

Pro.10.c.

hic esse tuti desideratis à varijs molestijs: de nicz si tandē liberi esse auetis flāmis expiatorijs, desuescite loquitari, & adsuescite sile re. De Maria quadā Ongiana traditur, quę parietibus septa vitā egit solitariā in comitatu Namurcensi, quod non alio magis nomine cordis consequuta sit puritatē, & pœnas euaserit purgatorias, (quū tamen alioqui magna esset sanctimonia insignis,) quā quod incredibilis cuiusdā semper fuerit taciturnitatis: vtpote quæ internū ne vnicum quidem ediderit verbulū à mense Septembrio ad solennitatē vsqz paschalem.

De disciplina seruanda in loquendo. Cap. 13.

QVum vero rari admodū sunt, qui debeant aut cōmodè possint silere cōtinuò: sed magna hominū pars frequenter necessariò, alij tamē alijs magis seu minus cogātur loqui, haud abs re fuerit hic rationē aliquā præscribere, certasqz quasdā indicare cōditiones, in ipsa loquutione obseruādas. Inter cæteras ergo cōditiones quę nō paucæ sunt, prima est decēs loquētis cōpositio: quæ in hoc sita est, si ipsius loquētis vultus nō deformet: nimirū si oculi, labia, et reliquę faciei partes indecorè nō distorquentur: si vox sit nō fracta aut inequalis interim altius interim grauius resonans, sed iuxta in vtroque, tam in vultu quam in voce Prima conditio loquētis.

Vide specu. lũ. dis. ca. 20

sit dispositio venusta & æqualis: si vultus ipse sit nec plus satis severus nec præter modum alacer, hilaris aut lætus: sed matura quadam hilaritate, seu hilari maturitate, mediè temperatus: præterea si loquens talem se exhibeat foris apud hominem, qualem esse oportet intus apud Deum: nimirum & hilariter humilem, & cum coniuncto amore venerabundum. Simul enim vtroq; animam ornatam esse oportet quæ Deo sit placitura, videlicet reuerentia sine timore, & amicitia sine dilectione. Honorãdus enim & timendus est altissimus propter suam sublimitatem: amandus vero propter boniratẽ. Ad hanc autem seuerã hilaritatẽ hortatur nos apostolus dum ait. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Cæterum decentis huius dispositionis constantia in multis refulsit pijs hominibus, ita vt propter placidum quendam & æqualẽ semper vultus tenorem facile potuerint inter cæteros vel ab ignotis dinosci: quẽadmodũ de beato Antonio scribit Athanasius, quod eadẽ semper fuerit vultus ipsius dispositio, nimirum læta, & nihilo minus matura, quodq; hoc indicio dinosceretur etiã ab ijs qui hominem nunquam viderant. Simile quid & de sancto Martino legimus, nẽpe quod ea-

2. Cor. 6. b.

dem

dem semper fuerit vultus constantia, hilari quidem illa, sed tamen matura, tam in lætis quam in tristibus. At longè diuersum hodiè cernimus in plerisque: quorũ alij vultu sunt tam amarulento ac tristi, vt ob hoc etiã sermo ipsorum licet alioqui bonus, habeatur contemptui: alij vero contra tantum præ se ferunt ineptæ lætitiæ, vt sermo eorum quasi stultorum reputetur. Est ita hac in re modus retinendus vtrinq; temperatus. In hac autem cura maximè solicitus esse debet nouitius quisque, vt talem vultus habitum induere ac seruare adsuescat, qui & ipsum & alios alliceat ad virtutem. Per vultum fere sese prodere cõsueuerunt omnes motus animi, quales sunt gaudium, mœstitudo, timor, iracũdia, & id genus alij, verum hi ipsi sunt studiosè per vultus constantiã tegendi ac cõpescendi, atq; ita minus erũt noxij, & facilius edomabuntur. Porro toruitas ipsius vultus, & verborũ asperitas haud mediocriter officiũt fraternæ charitati, & facilè etiã mutuã pacẽ lædũt aut perturbãt. Hinc etenim nascitur fastidium, auersio, iniqua suspicio, indignatio, eòq; fere ingratũ redditur, quicquid cum austeritate præstatur seu vultus seu verborum. Imo nonnunquam tantum hæc ipsa asperitas offendit, vt gratius foret

si quod desideratur placidè & comiter negaretur, quam si cũ tali præstetur amarulentia vultus seu verborum. Hic aũt summa cura solicitum esse decet prælatũ quẽq;, ne in admonendis aut corripiendis subditis, plus iusto se exhibeat seuerum, vnde subditi ipsi meritò possint turbari aut indignari, estimãtes talẽ vultus seu verborum seueritatẽ proficisci ex odio, inuidentia, aut iracũdia: hinc enim interdũ redduntur refractarij, & nonnunquam etiam seipsis deteriores. Quare etiam diligenter dispiciendum, quinã dulcibus sint verbis inuitandi ad amorẽ: & rursus qui seuera potius increpatione sint ad timorẽ exterrendi, atq; ita reducendi ab impietate. Cauendum præterea ne loquentis vox sit clamosa, quod est nõ tam indecorũ quã etiam audientibus molestũ, sed mollis & sedata. Maximè tamẽ dehonestat religio si loquutionẽ vox clamosa & fragosa: quippe quæ inuerecundiã, arrogantiam, aut lenitatem arguat. Qui enim Deo deuotus in optima mentis quietudine colloquijs assuevit diuinis, quasi (ad exemplũ Mosi) ore illi loquẽs ad os, quomodo hic clamorib⁹ se inquietabit, quibus nunquã assueuit, maximè quũ & tacẽs & loquẽs mentis aures arrectas semper habere debeat ad alloquutiones diuinas. Prę cęteris tamẽ omnib⁹ maximè mo-

Num. 12.b.

nachũ decet esse in colloquio sedatũ humilẽ, comẽ, minimèq; turbulentũ amarulentũue. Cauere insuper eiusmodi debet ne per suã loquutionẽ aliquẽ in sua contẽplatione, meditatione, somno, studio, lectione autpio aliquo cogitatu inquieret: id quod facilè fit primũ dũ verborũ nõ vitatur asperitas, maximè quũ nõnullis quanto quies est maior, tãto facilius turbetur, tantòq; occasio ipsa inquietudinis seu tẽtationis (quæ facile ex verbis nascitur parũ modestis) sit permitiosior: deinde dũ altior verborũ nõ vitatur resonãtia, dũq; oratio ipsa audit ab ijs ad quos nihil spectat: aut q grauius aliqd animo per tractãt, q̃ sint verba illa aliunde intẽpestiuè auribꝰ ingesta, cuius sanè rei apud altissimũ ratio reddenda erit. Adde q; imprudẽti facile elabit verbulũ aliquod duriusculũ, vnde magna interdũ pficiscitur pernities, & q̃ nõnunq̃ magnũ prepedit bonũ. O vtinã quisq; serio expẽderet quantũ adsit loquutioni periculũ, tã in ipsis verbis quã in ipso loquẽdi modo, haud dubiũ si quis vel micã haberet timoris diuini, quin sibi ab omni imprudẽti sermone quã studiosissimè caueret. Mirũ sanè q; nec nostra ipsorũ mala atq; sepius experta incomoda nos doceãt quẽadmodũ sit cum proximo congrediendum, nẽpe quòd nõ secus sit aliquis cõpellandus à nobis quã

ipsi vicissim compellari cupiamus ab illo.

Quibus de rebus sit loquendum: & de leuium & inhonestarum loquutionum pernitie. Ca. 14.

HIc iam videamus quibus de rebus eloqui fas sit, & rursus de quibus verba facere nefas habeatur. In primis ergo meminisse hic oportet quomodo Deus præ cæteris omnibus mundi creaturis vni homini duas quasdam peculiareis dotes contulerit, nempe intellectum, & loquelam qua quod intelligit exprimeret. Ex quo manifestum fit quod non aliter nobis loquẽdũ quam pro ratione ipsius intellectus, aut pro dictamine inditæ nobis rationis. Quare etiam Dominus peculiaris huius doni nempe loquelæ soli concessæ homini exactissimam tandem ab ipso exposcet rationem. Ex hoc quoq; & illud manifestum fit, omnia ociosa & superuacanea verba, quæ nec loquenti, nec prodesse queunt audiẽti, esse prohibita. Quæ non modo vitari debent propterea quod vtilitate careant, verum etiam ob id quod animæ noceant. Sic enim Dominus in sacro pronunciat euangelio. Dico vobis quoniam omne verbũ ociosum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Vnde beatus Chrysostomus nihil veretur testari cõmentum esse

Mat. 12. c.

Chry.

tum esse satanæ quicquid ab homine adfertur vanæ loquutionis. Et Bernardus ad papam Eugenium, Nugæ inquit inter seculares nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemiæ. Consecrasti os tuum euangelio, talibus iam aperiri illicitum, assuescere sacrilegium est. Quod ipsum etiam ad religiosos pertinere intelligendum est: qui ad peculiarem quandam cũ Deo familiaritatem delecti sunt, scilicet ad ipsum sedulò laudandũ benedicendum, venerandum, adorandum, non pro seipsis solum, verũ etiam pro vniuerso terrarum orbe. Quippe ipsi inter Deum & homines mediatores constituti sunt, ad offerenda Deo sacrificia spiritualia: quẽ admodum Aaron thymiamata offerebat in media consistens multitudine, & pro populo precabatur inter mortuos stans & viuentes, & tali scemate mediatorẽ se declarans inter Deum & multitudinẽ. Hac de re scribit etiam Ambrosius in hæc verba. Nõ mediocre periculum est, quũ habeas tanta eloquia Dei, & Dei opera quæ fecit in Genesi, fecit in. Exodo, fecit in leuitico, Nũ. Deut. Iesu Naue, Iudicum libro, Regnorum atq; Esdre libris, fecit in Euangelio, in Actibus apostolorum, illis prætermissis loquaris quæ seculi sunt, audias quæ seculi sunt.

Ber. lib. de consideratione. 2.

Nu. 16. g.

Amb. in psa. 118. ser. 22.

Hactenus. Am.

Pudenda

Hactenus Amb.

Pudẽda sanè ignauia, non modo nõ laudare Dominũ nec loqui salutaria: verũ etiã nec tẽperare à nugis, quibus nõ pauci bonã præcios tẽporis partẽ nihil verentur insumere, quũ tamen hinc nil sibi parent, quã mentem variis ac vanis distractã atq; oppletã cogitationibus, & tristẽ remordentẽq; conscientiã. Et tamen hoc ipsum pleriq; pro nihilo ducũt, nihilq; addubitãt sic sese mutuo hortari. Impendamus enim inquiunt hanc horulã lepidis fabulis, sicq; fallamus tediũ tẽporis. Cõtra quos ita scribit beatus Bernardus.

Ber. de triplici custo.

Nemo vestrũ fratres parui æstimet tempus q̃ in verbis consumitur ociosis. Siquidẽ tẽpus acceptabile est & dies salutis. Volat verbũ irreuocabile: volat tẽpus irremediabile, nec aduertit insipiens quid amittat. Libet confabulari (aiunt) donec hora prætereat. O donec prætereat hora: ô donec pertranseat tẽpus. Donec hora prætereat quã tibi ad agendã pœnitentiã, ad obtinendã veniã, ad acquirendã gratiã, ad gloriam promerẽdã miseratio cõditoris indulget. Donec trã seat tẽpus, quo diuinã tibi repropitiare debueras pietatẽ: properare ad angelicã societatẽ: suspirare ad amissam hæreditatẽ: aspirare ad promissã fœlicitatẽ: excitare remissam volũtatẽ: flere cõmissam iniquitatẽ. Sic nimirum,

nimirũ, sic agricolæ quũ diu desiderata adfuerit opportunitas seminãdi: sic vinitores quũ expectatũ tẽpus putationis aduenerit inuenisse occupationes, & quasi irreprehensibiliter sine opere diẽ transegisse letantur? Sic instantibus nundinis institores nectere moras, occasiones quærere solent, ne quẽ forte sibi ex eis questũ prouenire cõtingat? Sic deniq; pauperes mendicantes, cũ multis clamoribus euocatus tandẽ adfuerit eleemosynarũ distributor, diuerticula captant: & concurrẽtibus socijs vacuos ambiunt occupare recessus, & fouere latebras in angulis platearũ? Vtinã tamẽ vel solũ tẽpus vitæ amitterẽt in verbis: sed multi in his etiã vitã amittere cõprobantur, nec modo ipsi amittere, sed adimere quòq; & hoc fratribus suis. Omnẽ ergo tẽporis iacturã summopere præcauere debet, quisquis primis etiamnũ vacat sacræ religionis rudimẽtis: atq; adeo dãnum oẽ optimarũ horarũ pessimè collocatarum quoad fieri potest resarcire: omnẽ deniq; praua garriendi & nugandi consuetudinẽ perrumpere debet atque deserere: ne videlicet per ipsam impedimentum præstetur gratiæ Spiritus sancti: quæ mentem defugere consueuit mundanas captantem delectatiunculas: quæ tum ex alijs permultis, tum ex vanis

Hactenus Ber.

ex vanis hauriuntur sermonibus. Quũ enim
Sap.1.b. Spiritus sanctus teste scriptura auferet sese à cogitatibus quæ sunt sine intellectu: quanto magis auferet sese ab ijs qui dediti sunt fundendis audiendisq; inanibus sermonibus? Id quod facilè deprehendit, qui se interdum ad piam colligit meditationem: & mentem suam à vanis reuocans ad suũ trãsfert conditorem. Hic enim facilè animaduertit, quam sit Deo ingrata omnis verborum futilitas: dum videlicet post eiusmodi profusionem, nullum in rebus diuinis saporem se inuenire deprehendit, nisi prius repurgata per pœnitudinem ab ineptijs illis conscientia. Proficiscitur aũt hæc inanium verborum ineptitudo (cui nõnulli oppidò sunt addicti, & vnde plerique nullam habentes mali ipsius rationem plurimum capiunt voluptatis) ferè à corde vano & vacuo pietate, propterea, quod huiusmodi cor quum solatio careat interno oblectationem quæ-
Luc.15.c. rere consueuerit externam. Quemadmodũ enim filius ille prodigus, simul atq; substantiam prodegisset paternam, siliquas quærebat porcorum, quas tamen nemo illi dabat, ita nõnulli Patris amissa gratia cælestis, cordis sui aluum explere cupiunt siliquis voluptatum terrenarum, qui cibus est immundo

rum

rum porcorum: sed non potest fœdis huiusce modi voluptatum siliquis animæ appetitus exatiari, quod anima hominis nobilior sit quam vt alijs capi & expleri possit quā gratia diuina. Nam mundana ista solatia occupare quidē contaminare, & grauare possunt humanos sensus, satiare aūt non item. Non enim satiatur (inquit Sapiens) oculus visu, nec auris auditu. Et idem sentiendum de reliquis corporis sensibus, per quos solatia capiuntur mundana. O si quis in suo pectore Christū sedulò portare didicisset & vnà cum ipso, mundo huic esset crucifixus: aut si sedulò passionem meditaretur dominicam, cogitaretq; futura impiorum supplicia; quo pacto hic voluptatibus inhiaret terrenis, quo pacto hic vanissimis istis caperetur fābulis. Filij hominum (inquit propheta Dauid) vsq; quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem & quæritis mēdacium. Magna haud dubiè vanitas est: fraus est multo nocentissima: quippe quæ hominis mentem mirum in modum lædat & præmat dū spirituali solatio præfertur terrenū. O fraudem, o cæcitatem, o hominem deploratissimum, qui conditorem deseras tuū, qui vnicum est animæ tuæ solatiū, qui veram præstat menti tuæ lætitiam, cuius dulcis præsentia

Satiabor cū apparuerit gratia tua. Psal. 16.

Eccle. 1. b

Psal. 4.

Iesu dulce memori.

dans Vera cordis gaudia sed super mel & omnia eius dulcis memoria. Ber. in iubilo.

sentia omnē exuperat & mellis & cęterorū omniū delectabiliū dulcedinē: qui vnus vere oblectat oblectando docet, docendo ditat, ditando attrahit, attrahendo sibi cōglutinat, & perfecti amoris vinculo nullis vnquā rebus dissolubili sibi coniungit. O insignē Dei erga hominē amorē: o ter quaterq; beatā hominis animā, quæ in solo Iesu omne suū quærit solatiū: quæ in immēso erga illū amore omnē in rebus creatis oblectationē fortiter contēnit, dicēs illud apostoli. Existimo omnia detrimentū esse propter eminentē sciētiā Iesu Christi Domini mei propter quē omnia detrimentū feci, & arbitror vt stercora vt Christū lucrifaciā. O hominē fœliciſſimū, qui in te Iesu bone solū quærit requiē: & cui propter te omnis creaturarū consolatio est animi afflictio: qui in tribulatione nihil pręter te quęrit quo cōsoletur: q omne vanitatis respuit colloquiū, quo vberius mereatur percipere, dulce tui oris susurrium, pluris faciens vnum tuæ charitatis verbulū, quam omne mūdi solatium: quod nouit esse maioris efficaciæ, quam sint mille verba cuiusuis scientiæ.

Phil. 3. b.

INter omneis vero circa custodiā linguæ longè circunspectissimus esse debet religiosus quisq;, ne videlicet quid effutiatq; se, aut

se,aut audientē, aut etiam eū de quo sermo habetur dedeceat. Spectanda vbiq; est personarū conditio, ætas, functio, ingeniū, qualitas & id genus alia, & iuxta ea tēperanda est loquendi ratio. Secus loquendū cū viris eruditis, secus cū indoctis: secus cū prelatis, secus cū subditis, secus cū maioribus, secus cū inferioribus, denicq; secus cū viris, secus cū fœminis. Cū eruditis, prælatis, & dignioribus reuerenter & pariter audienter loquēdū. Indocti verò subditi & iuniores liberius cōppellandi sunt, & quæ salutis sunt, ingenuè docendi sunt. Religiosi colloquiū cum homine mundano pia sit exhortatio de contēnendo mundo, de operibus misericordiæ de timendo Deo: aut de ijs quæ maximè ad ipsius videntur pertinere statū seu conditionē. Summo præterea studio cauendum, ne quid dicatur, quod quēpiam lædere aut vitiare posset, quale est verbum obscenū, obtrectatio, alienorum criminum commemoratio, quæ offendunt nō modo ipsum loquentem, verum etiam auditorem, atq; adeò etiam ipsum de quo fit sermo, si ipsum contingat quod relatum est rescire, eòque triplex subest huic malo crimen. Quare multis est nominibus detestandus ac deplorandus, qui ab hoc sibi malo non studet tēperare, vnde

tanta

tanta mortalibus scatet pernities. Deistiusmodi hominis lingua ita scribit Bernardus. Nunquid non lancea est ista lingua. Profecto & acutissima, quæ tres penetrat ictu vno. Lingua inquit eorum gladius acutus Gladius equidē anceps, imo triceps est lingua detractoris. Nec vero eiusmodi linguā ipso etiā mucrone quo dominicum latus cō fossum est, crudeliorem dicere verearis. Fodit enim hæc quoq; Christi corpus & membrum de membro: nec iam exanime fodit, sed facit exanime fodiendo. Ipsis quoq; nocentior est spinis, quas illi tam sublimi capiti furor militaris imposuit: seu etiam clauis ferreis, quos sanctissimis manibus illis & pedibus consummatio iudaicæ iniquitatis infixit. Nisi enim huius quod nunc pungitur & transfoditur corporis sui prętulisset, nunquam illud pro isto mortis iniuriæ mortis ignominiæ tradidisset. Et dicimus. Leuis res sermo, tenera mollis & exigua caro lingua hominis, quis sapiens magnipēdat? Leuis quidē res sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat, leuiter transit, sed grauiter vrit, leuiter penetrat animum, sed nō leuiter exit, profertur leuiter, sed non leuiter reuocatur, facilè volat, atq; ideo facilè violat charitatem. Vilis res est musca moriens,

Ber. de triplici custodia. Psal. 56.

sed

sed exterminat oleum suauitatis. Tenerum membrum lingua, attamẽ vix teneri potest: substantia quidem infirmum atq; exiguum, sed vsu magnum & validũ inuenitur. Modicum membrum est, sed nisi caueas magnũ malum. Tenuis est & lata, aptissimũ vacuã dis cordibus instrumentum, sicut multorum mihi inter vos conscientias arbitror attesta ri, nisi forte omnes tam perfecti simus, vt nunquam nobis post longas confabulationes inuenta sit mens quodammodo vacua, meditatio minus deuota, sicca magis affectio, & holocaustũ orationis nõ adeo pingue propter verba siue quę diximus siue etiam quę audiuimus, verba tamẽ. Facilè enim lingua labitur, nec minus facilè illabitur cor dicita vt multis inter loquendũ minus profuerit quod propriam cohibuerint, dũ non cauerint alienã. Vtilis est frater qui tibi loquitur, sapiens est, religiosus ac timens Deũ plus dico angelus est, & angelus lucis, etiam sic caue tibi ne audias vnde lædaris. Nec personam tibi velim suspectam esse, sed linguam præsertim in sermocinatione cõmuni. Bona quidẽ columbæ simplicitas, sed in hac quoq; parte serpentis astutiam nõ amittas. Maria ne angelicũ quidem verbum sine discussione prẽteriens cogitabat qualis esset

ista salutatio. Tu quoq; qui crebris experimentis saltem solerter aduertisti quantũ noceant verba, non desipies si solicitus fueris, quandoquidem interesse necesse est colloquutioni, nõ modo ori circumspectionem, sed & auri nihilominus adhibere cautelam.

Hactenus Ber. Vide vt hic seuerè beatus Bernardus religiosum omnẽ adhortetur ad exactissimã tum aurium tũ linguę custodiã. Paria ferè tradit

Ephe.4.g. & cęteris omnibus Paulus dũ ait. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat: sed si quis bonus est ad ædificationẽ fidei, vt det gratiam audientibus. Fornicatio aũt, aut omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur

Ephe.5.a. in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquiũ aut scurrilitas, quę ad rẽ nõ pertinet, sed magis gratiarũ actio. In primis autem circumspecti & cauti esse debent parentes ac cæteri omnes verba facientes apud ætatem impuberem, quod hæc facile imbibere soleat quicquid rudibus adhuc videt auditue annis: in qua ætate nonnulli hodie obscœnitate & calliditate etiã grandæuos superant viros: tanta est quorundam vafricies. Qui moderatur (inquit.

Pro.10.c. Salomon) labia sua, hic prudentissimus est.

Ber.in.Speculo mona. Docet autẽ beatus Bernardus sermonẽ omnem bis ad limã reuocari debere, priusquã

semel

semel veniat ad linguam, id quod nobis natura ipsa satis insinuat: quæquũ pleraq; corporis membra gemina dederit vnicam duntaxat linguam dedit, eamq; duplici vallatã claustro, nempè labris ac dẽtibus, re ipsa declarans omnem hominem in sermonẽ rarũ esse debere, & benè circunspectũ. Qui præceps est & effrenis in sermone, hoc ipso palã indicat, parũ se esse prudentẽ. Vidisti (inquit Salomon) hominem velocẽ ad loquendum, stultitia magis speranda est quam illius correctio. Est quoq; hæc loquendi pronitas admodum pernitiosa internę mentis trãquillitati, quod per eã cor hominis effundi, & animi quies & puritas consueuerit perturbari: ex quo pudicitiæ sponsum grauiter contingit offendi. Proinde quoties loquendum tibi erit, diligenter præmeditaberis, & cauebis, ne totum temetipsum profundas: sed patri tuo cœlesti, amatori tuo, Deo & conditori tuo, opportunitatem & locum seruabis, in quo vna cum ipso arcanum possis habere colloquium: in quo illi facias satis: in quo dignus haberi possis, qui illum tibi loquentem merearis audire: qui ab illo in omnibus tuis sermonibus & cogitationibus (quibus sæpenumero ingens Pro. 19. c.

ſubeſt periculum) merearis gubernari. Ita enim & plurima vitabis mala, & dignus haberis qui plurima cõſequaris bona: quippe qui ſingulari quodam in illũ feraris amore, oẽmq; ab illo expectes opẽ atq; cõſiliũ.

Quando & apud quos ſit loquendum: & rurſus vbi & quando tacendum. Cap. 15.

SVpereſt vt iam de cæteris loquamur boni eloquij conditionibus, nẽpè quando & cum quibus loquẽdũ: & rurſus vbi & apud quos ſit tacendum. In primis ergo hoc equidem iudicauerim conſultiſſimum, vt quiſq; loqui ſtudeat quam poteſt parciſſime: neq; aliâs loquatur niſi dum vel ratio, vel orationem poſtulat neceſſitas: deindè etiam vt cum metu loquatur aptiſſimis pariter & pauciſſimis verbis quod dicendum eſt abſoluens. Sequeris ergo hac in re Senecæ ſententiam dicentis, ad docendum ſeu perſuadendũ nõ multis ſed efficacibus opus eſſe verbis: itemq; agricolarũ exemplũ, qui rarè potius & ſemina electa, quam cumulatim & vulgaria ſemina iacere malunt. Perquam multa ſunt quæ hominem tacere ſuadeant: pauciſſima quæ loqui compellant. Tacẽdum ergo in primis dũ quis orſus eſt quippiam eloqui idq; dũ is ſuam orationẽ abſoluat. Quippe decens eſt verba facientẽ donec

2.a. cõditio loquentis.

3.a.

Seneca.

donec perorarit ſilenter audiri ac ſuſtineri. Secundo ſilere præſtat quam loqui (etiamſi pia ſint quæ effari velis) dū idoneos non habes auditores, vt ſi adſint, qui verba tua ſint contempturi, aut qui ex ipſis nihilo euaſuri ſint meliores. Vbi enim (inquit Sapiens) auditus non eſt, non effūdas ſermonem. Idem docet & Chriſtus ſuos diſcipulos, vbi ait. Nolite dare ſanctum canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte cō culcent eas pedibus, & conuerſi dirumpant vos. Quo ſermone vetuit Dominus doctrinam euangelicam deprædicari contumacibus, & hominibus impuris, in ſuis fœditatibus perditè gratulantibus ac deſperatis. Hinc etiam Salomō ait. Qui erudit deriſorē ipſe iniuriam ſibi facit, & qui arguit impium ſibi maculam generat. Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Argue ſapientē, & diliget te. Interdum ſilentium requirit ipſa perſonarum quibus fortè ades dignitas, ſapientia, aut functio. Inter eiuſmodi enim liberè velle loquitari temeritatis eſt & irreuerentiæ indicium. Silentiū quoque maximè decet pueritiam, & ætatem in religione rudem. Hanc enim peculiariter taciturnitate docet Sapiens dum ait. Adoleſcens loquere in tua cauſa, vix quum neceſſe fuerit. Si bis

Ecclē.32.a.

Mat.7.a.

Pro.9.b.

Eccle.32.b.

interrogatus fueris, habet caput primũ exordium, respõsum tuũ. In multis esto quasi inscius: & audi tacens simul & quærẽs. Rursus idem ante hęc verba. Audi inquit tacẽs: & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

Ibidem.

Illud in rerum cernimus natura, quod agri quo sæpius sinitur interquiescere liber à ferẽdis frugibus, hoc magis impinguescit, vberiorẽq; post quietem adfert fructũ. Ita quoque & cum homine agitur, qui quum sese quietum & quodammodo sterilem præbere potest sermonibus, tandem diuinæ gratiæ pinguedine largius infunditur & illustratur aptiorq; efficitur producendis verborum frugibus longè saluberrimis. Vnde haud inconsultè ita maioribus visum ac decretum est, vt in cœnobijs, certis quibusdã temporibus ac locis, ab omni prorsus abstineatur etiam ab vtili colloquio, nimirum quod per taciturnitatem mens hominis securius custodiatur, quodque interni hominis sensus, hoc vtilius operentur intus, quo diligentius obseruantur foris. Obmutui (inquit Dauid) & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. O verè admirandam

Similc.

Psal. 38.

randam silentij virtutem, per quam humilitas compassio & dilectio mirum in modū probantur & renouari & augeri.

De silentio in templo obseruando, aduersus eos qui nihil verentur inibi impiè intendere fabulis. Cap. 16.

SAepenumero quoq; tempus ipsum & locus silentium potius quam verba expostulant: etiamsi fortasse non inutile alioqui foret si proferretur quod erat proferendum. Tempus ergo obseruari necesse est, ne si verbum (quod suo prolatum tempore prodesse poterat,) intempestiuè promatur, pro compendio adferat dispendium. Mala enim aurea (inquit Salomon) in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. Locum item obseruari in loquutione necesse est, ne qui rebus consecratus est diuinis inutilibus prophanetur confabulationibus. Qua sanè in re à plerisque secularibus peccatur hodie citra omnem modum: qui domum orationis forum faciunt mercationis, ambulachrum obtrectationis conciliabulum confabulationis. Heu te infelicem ac deploratum, qui Pro.25.b.

vbi Patrem adorare debueras in Spiritu & veritate, ex aduerso inimicissimũ Patri adoras diabolũ, vbi pro offensis gemere debueras, rursus offensis tuis Dominum maiestatis irritas, vbi vitam inuocare debueras, pactum feris cũ morte. Vę vobis o miseri, qui tã turpiter locũ inhonoratis sanctũ, dũ pro suaui odore sanctarũ precum, putorẽ spargitis mũdanarum vanitatũ, puta auaritiæ, superbiæ, obtrectationis, & nonnunquam etiam impudicitiæ, dumque pro laudibus Dei, laudes canitis vel vestras vel huius mũdi: qui non modo offenditis altissimum, verum etiam proximis pernitiosum ad impietatem prębetis exemplum, & in diuino cultu ac pijs precibus magnum præstatis offensaculum. Sed qua quęso fronte ad adorandum altissimũ vos ingerere audetis: aut quo tandem nomine vos exaudiri cõfiditis post tantam Deo irrogatam iniuriam, quũ beatus Gregorius palam testetur tanto minus os nostrum ab omnipotente Deo exaudiri in prece, quanto magis inquinatur stulta loquutione?

Grego.

Breues normulæ circa loquutionem obseruandæ. 1.

HAec tibi firma semper stet sententia nunquam aliquid proloqui nisi verbisquam paucissimis. Deinde summũ tibi

tibi sit semper studium, garrulum omnem, omnemq; garrulitatem defugere. Si inter secularеis sis, vbi de rebus tractatur secularibus, si commodè potes sermonem impium pio aliquo interiecto sermone dispelle: si nō potes, prorsus sile.

II. Si natura aut consuetudine propensus sis ad loquacitatem, morbum hunc cum diuino adiutorio disce euincere, idq; subindè vnū aut alterum diem omni tibi interdicto sermone. Quod si adsueueris verbis noxijs aut inhonestis proferendis, paulatim & particulatim studebis eam consuetudinem exuere, nimirum hoc ordine. Hoc die à deiurio aut turpiloquio tibi imperabis: illo die ab omni obtrectatione & maledicentia: tertio ab omni scurrilitate: quarto ab omni vaniloquio seu multiloquio: atq; ita tandem in consuetudinem venies taciturnitatis, eoque & alios huc excitabis. Nam vt vnus garrulus plures facit garrulos, ita vnus silens non raro plures silentes efficit.

III. Si quando fortè cōtingat te hac in re peccare, sumpta protinus de teipso pœna, loquacitatem tuam, scurrilitatem, bonasque horas male collocatas studebis sarcire. Multa autē ipsa tibi ipsi ad singulas offensas irroganda esto vel pia aliqua lectio, vel molestus

lestus aliquis labor, vel afflictio aliqua corporalis, vel subtractio rei alicuius delectabilis. Hac enim ratione & melius prauam consuetudinem depones, & Deus tuum adspectans conatum libentius tibi sua ope dignabitur succurrere.

IIII. Quanto amplius abstines à colloquijs humanis, tanto plus vacato colloquijs diuinis, internam animi affectū in ipsum Dominum transferendo. Nam magna sit gratia, ingensq; bonum benè posse silere, quod per id multa vitentur mala, parū tamen conferet ad virtutem silentium oris, si mens interim intenta negocijs mundanis à seipso suum excludat conditorem Deum.

V. In omni tuo eloquio, semper tibi caueto à iactantiæ vitio, à celebrandis tui ipsius laudibus, à captanda populari aura, idq; aut per intricata verba, aut per propriæ artis scientia, aut sanctimoniæ commemorationē. Caue etiam relator sis alienorum criminum seu eorum quæ in alijs tibi displicent: Neminem quamuis abiectum irrideto aut contemnito: Murmurationem omnem, omnemq; aduersus prælatos querimoniā summo studio deuita: nam hoc vitij præterquā

quod

quòd nonnunquam multorum occasionem præstat malorum, etiam altissimo summopere displicet. Quod si vero in aliquo aliquid cernas imperfectionis, compatere infœlici: precare vt Deus illum sua dignetur bonitate reducere ac iuuare: & si quippiã te speras effecturum, benignè illum aut per te aut alios adhortando corripito. Vbi ergo aliquis est à te corripiendus aut suorum cõmissorum admonendus, id agito omni qua fieri potest mansuetudine & modestia: & si nihil ita proficias, Deo aut ipsius prælato rem omnem committito. Aut si illi ipse sis præfectus, tenta subindè per correptionem duriusculam, aut per aliam decentem castigationem illum ad meliora reuocare: optimo tamen semper in illum ostenso affectu & dilectione, vt facile animaduertat te non aliud quam ipsius sitire salutem.

VI. Si peculiari aliqua dote præditus sis, caue illam facilè alicui ostentes: quin potius parator esto ad detegendum & agnoscendum si quid in te est imbecillitatis aut vitij, præsertim apud eos quos speras pro te oraturos, neq; quicquam (vt plerique spiritu imbecilles facile moueri solent) ingenua ista tua confessione offendendos.

Quod

Quod si vero quid de tua imbecillitate ab alijs audias narrari, gratanti id ferto animo. Magnum enim est humilitatis & candoris argumentū si quis grauatim haud ferat, dū suam audit commemori imperfectionē, aut dum ab aliquo suæ admonetur imperfectionis aut commissorum.

VII. Si quē fortè atrocius verbo aut facto aliquo offendisti, contristasti aut perturbasti, statim cum illo contendito redire in gratiam, apprecans illum eam tibi noxam benignè condonet. Quod si vero noxa ipsa sit aut leuicula aut pene nulla, vnde tuus tibi proximus infensus fortè est, citra tuū videlicet meritum & præter rationem, nō est quod illud magnifacere debeas vt ne pacem tuam in alterius inquietudine sitā existimes. Hic ergo animo esto pacato: beneficium illi piarum precum impedito, effectu ipso vbiq; declarans, quam non sis malè erga illum affectus.

VIII. Arcanum proximi tuæ fidei in petendo à te consilio aut solatio concreditum diligenter stude cælare. Id enim ipsum postulat ius naturæ, ne cui simus in reuelando alterius secreto infideles. Caue tamē aliquid cælare promittas: sed neq; facile credas relatoribus illis, qui stipulantes fidem silentij

quasi

quasi sub confessionis sigillo multa consueuerunt secreta in alterius sinum effundere. Eiusmodi enim ferè sunt homines fucati & subdoli, dolum & maleuolentiam suam tali silentij prætextu cupientes adūbrare, iuxta illud euangelij apud Iohānē. Omnis qui mala agit odit lucem: & nō venit ad lucem, vt nō arguantur opera eius. At veritas (vt vulgo dici consueuit) non querit angulum: sed sicuti post prædicta sequitur, qui facit veritatem venit ad lucem vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Iohan. 3.

IX. Si inter loquendum quippiam cōtingat controuerti, caue ibi tuam sententiā aliorum sententiæ pertinaciter aut arroganter præferas, sed cedere memento, maximè dū certus omnino non es tuam sentētiam esse saniorem. Quinimò etiamsi non sis nescius illum planè à scopo aberrare, modestis tamē semper vtere sermonibus, nempe his aut alijs similibus. Arbitror sanè te falli aut hallucinari: Ipsa rei huius veritas vel per se tādem tibi innotescet. Iustā subducito rei huius rationē, inquire, diligenter scrutare: tandem spero senties secus habere, quā modo æstimas.

X. Omnia verba tua ex syncero profer to pectore, & pura animi intentione. Caue

adsuescas

adsueſcas aulico more loqui, hoc eſt adulan do aſſentando, falsè laudãdo. Nã eiuſmodi aſſentatio nullum decet hominem probũ, quin etiam hominis opinionem apud viros cordatos haud parum eleuat ac diminuit. Plerunq; enim qui culti & grati haberi volunt ſermone, praui ac doloſi eſſe consueuerunt corde.

XI. Bonam præſidis tui opinionem ſemper diligenter ſtude tueri: & pro illius honore ne dubita ſtrennuè decertare: neq; enim putãdum eſt hoc parum habere commodi, Vide ergo vnquam illum aut in corde tuo aut apud alios propter lapſus quoſdã quos fortè in illo cernis contemnas: ſed potius excuſatum illum habeas, ſi non alio certè hoc colore, quod longè maiorem ipſe habeat peccãdi occaſionem quam cæteri vulgares: & longè etiam validiorem impellatur arie te tentationis, quam cæteri: ſicuti in conflictu corporali lõgè diligentior adhibetur opera trucidandi aut capiẽdi principis quã alicuius cæterorum. Vitia inſuper ipſius occulta caue alicui reueles: quin potius quam potes honeſtiſſimè illa contege: atq; ita paternam celeſtis illius. Patris, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur,) mereberis

Simile.

Ep. 13. c.

mereberis accipere benedictionem, quemadmodum Sem & Iaphet benedici meruerunt patris sui Noë obtegentes ignominiam: quum cõtra Cham, (qui verenda patris nihil veritus est cum irrisione fratribus ostendere) vna cum posteris suis fuerit maledictus. Hunc enim emulantur quotquot præsides aut maiores suos irridēt, probro afficiunt, traducunt aut ipsorum vitia commemorant dissemināntue. Quod si tamen in ipso immanius aliquod cernas flagitium, vnde magnum posset oriri malum, cura vt per aliquem ei familiarem amicum, aut certè per eum cuius potestati subiectus est secretè huius rei admoueatur: & quod superest fusis pro ipso precibus, id totum Deo committe. Gen.9.d.

XII. Præsidibus tuis semper teipsum reuerentem exhibe & modestum: & caue illis quicquam exprobres aut contumelia illos afficias, vnde ipsi irritari aut possent contristari: nam hoc ipsum teste apostolo summo perè Deo dispicet, nec manere poterit inultum: sicuti id Dominus ipse palam declarauit in filijs Israel, quos non semel legimus à Deo punitos, propterea q; duces suos Mosem & Aaron contristassent irritassent & contempsis- Neq; murmurauerītis inquit sicut quidã eorũ &c. Cor.10.a.

Num.21.b. Exo.23. zacha.2.c. Luc.10.c. Clima.gr.4

contempsissent. Et Dominus alibi de præpositis loquens ait. Qui tetigerit vos, tãgit pupillam oculi mei. Item in euangelio apostolis. Qui vos (inquit) audit, me audit: & q vos spernit, me spernit. Quinimo doctor Climacus testatur interdum leuius esse commissum peccare in Deum, quam in patrem spiritualem: sicuti reges nonnunquam pro graviore habent crimine quod in ipsorum cõmissum est legatos, quam quod in ipsam commissum est regiam maiestatem.

XIII. Quum tempus expostulat moderatam animi seu corporis recreationem, ibi te hilarem exhibe & placidum in sermonibus Sales adsint sed citra dentẽ: ioci adsint, & lusus, sed citra vilitatem, & citrã notam ineptẽ leuitatis. Cura autem semper vt recreatio ipsa si fieri potest aliquid adferat boni profectus, & talis sit argumenti, quod auditu sit & iucundum pariter & vtile. In omni ergo re iucunda, semper aliquid inter misce quod ad Dei spectet honorẽ, & ad proximorum conferat salutem: quod suo tandem tempore diuini Spiritus ope studebis edisserere.

De vsu, custodia, & soluenda captiuitate ꝯ sensuũ. Ca. 17.

HIc iam de quinq; humani corporis sensibus agamus, vt sciamus quo pacto sint

sint custodiendi ac salutariter regendi. Clamat itaq; Dominus in euangelio. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus. Mat.10.d. Hoc verbum non ineptè mihi adsumptum arbitror propterea quod equidem illud iudicarim optimè prę̄senti nostro congruere argumento. Quandoquidē hæc ipsa crux, de qua hic Christus facit mentionem, vel maximè in mortificatione sita est & abdicatione omnium mundanarum voluptatū, quæ per hosce hauriūtur sensus: & in prouida ipsorū sensuum gubernatione. Hos enim quisquis non edomuerit & compescuerit, nec Christū poterit sequi, nec ipso poterit esse dignus. Quicquid enim est in anima corruptelę aut labis, nō aliundè proficiscitur quam ex abusu sensuum nostrorū: Vnde prauæ omnes concupiscentiæ, vnde mentis distractiones, vnde tentationes, vnde animæ morbi ac vulnera, nisi ex malè custoditis sensibus? Qui tamen nobis tanquā instrumēta data sunt, quibus vteremur quū ad excolendum diuinum amorem, tum ad succurrendum proprijs ac propinquorū necessitatibus. Quicquid enim in omnibus mūdi creaturis cernimus audimus olfacimus sentimus aut gustamus, merito nos rapere & excitare deberet ad laudem & amorem

diuinũ: maximè quũ ex pulchritudine magnitudine bonitate & vtilitate creaturarũ pulchritudinẽ magnificẽtiã bonitatẽ & vtilitatem intelligamus ipsius creatoris. Sed & ipsæ diuinæ scripturæ, ad quas per visum penetramus & auditum, multa passim continent quæ mirum in modum extimulare nos possunt ad dictum amorem. Hæc autẽ omnia in hoc nobis prouidentia prouidit diuina, quo nusquam deesset, quod nos vocaret ac raperet ad recordationẽ & notitiã nostri conditoris. Sed proh dolor secus habet rerum euentus. Quæ nos reducere debuerant ad Deum, contra nos à Deo abducunt. Hostia ipsa sensuũ nostrorum per quæ Christus introduci debuerat ad animã nostram, portæ iam factæ sunt per quas ad nos ingreditur satanas atq; interitus, iuxta dictum illud propheticũ, Ascẽdit mors per feneſtras vestras, ingressa est domos vestras. Hi autem quinq; sensus à Deo creati & ab exordio benedicti, animæ nostræ pro ancillis & pedissequis dati sunt in animarum nostrarum destinati obsequium: verum hodie in plerisq; à diabolo captiui tenẽtur, neq; iã animę, sed carnis mancipati sunt seruitio: atq; ita sunt miseræ seruitutis vinculis adstricti, & ab animæ obsequio abacti, vt potius iam ipsi nocumento

Ier. 9. f.

Pulcrã huius captiuitatis figurã

cumento & damno sint quam emolumento aut obsequio. Proinde quisquis Deo obsequi & placere desideras: quisquis tuã ipsius cupis operari salutẽ, omni studio contende, miseros istos captiuos à satanæ seruitute exemptos in libertatem & obsequium asserere optimi principis & creatoris sui Christi Iesu, vt iam deinceps non carni ancillentur non ineptis mundi huius aut corporis voluptatibus: sed summæ illi obsequantur maiestati omnipotentis Dei.

præstat puella illa captiua, destinata obsequio vxoris Naaman. 4. Re. 5. a.

De vsu & custodia oculorum. Cap. 18.

IN primis ergo summa cura, rectè moderari & vtiliter vsurpare disces tuos oculos, per quos alioqui tanta ad animas nostras ingreditur pernities, vt fere expediret in totum ab omni abstinere aspectu. Vix enim quis lumina sua in rem aliquam coniciet, quin è vestigio aliqua subsequatur prava affectio, displicentia aut alioqui noxia cogitatio, quę animæ puritatem vitiet atq; cõtaminet. Proinde has animarũ nostrarũ fenestras diligẽter obseratas seruemus oportet, ne quis forte noxius per ipsas ingressus

Omni prope tempore clausos contineri.

aër, pestilens nobis adferat contagium. Vnde Seneca, Oculi inquit sunt irritamenta vitiorum duces scelerum: huic adulteriũ oculi ministrant, huic domum quã concupiscat. Quantum autẽ mali proficiscatur ex præpostero oculorum vsu, multa passim in sacris voluminibus testantur exempla. Dina filia Iaacob terram ingressa alienam, contẽplatura regionis illius fœminas foras egreditur: & ab ipso terræ principe conspecta rapitur & cõstupratur. Dauid è solario prospectans ac videns egregia forma mulierẽ sese lauantem, primum in fœdum lapsus est adulterium, mox etiam in crudele homicidium. Holophernes oculos intendens in venustatem Iudith cęco corripitur infelix amore: & ebrius effectus, crudeli ab ipsa cęde interimitur. Veterani in populo iudices pudicam Susannã impudicis conspectantes oculis in ipsius exardescunt concupiscentiã: & dum mortem machinantur insonti, ipsi infœliciter tolluntur è viuis. Sed quid attinet immorari percensendis exemplis antiquorum, quum mala ipsa ex indomito visu proficiscentia, cotidiana nos palam doceat experientia? Quæ sanè mala, quanquam non semper sint mortifera, apprimè tamen sunt nociua ei qui tranquillã & puram cupit cõ-

Sene. de remed. fort.

Gen. 34. a.

2. Reg. 11. a.

Ibidem. c.

Iud. 12. d.

Dan. 13.

seruare

seruare conscientiam. Raro etenim quid cõ spicitur, raro noui quippiam cernitur, vnde non aliqua suboriatur contemplatori parũ proba cogitatio, aut imaginatio. Si quẽ videas ridentem, aut leuitatis aliquid exhibentem, facile ad risum excitaris & ipse. Si quem contuearis tristitiã aut crudelitatẽ prę se ferentem, facile duceris in prauam suspicionem, in auersionem, aut in indignationẽ. Quo contra de multis legimus viris sanctis quòd nihil prorsus voluerint contuerit, ni si quod contueri omnino erat necessarium. Nominatim autem de venerabili illo antistite Hugone Gratiopolitano, vno inter cęteros carthusiani instituti principe legimus, quomodo tam cõtinentis fuerit adspectus, vt integrã & eo amplius horam cum quadam insignis probitatis loquutus muliere, ne semel quidem illius cõtuitus sit faciem. Nam quum dictæ matronæ filius, quẽ ipsa monachatui cõsecrarat, à supra dicto sciscitaretur antistite, an vultus maternus multũ cotraxisset senij, respondit se ipsius vultum prorsus non adspectasse. Pro hac gratia impetranda orauit propheta Dauid dũ dixit. Psa. 118.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Sed qui ita solicitus precatus est ne videret vanitatẽ, haud dubium qui longè solicitior

præcatus sit, ne videret impietatem. Vnde quæso primum humani generis peccatum profectum est, nisi ex adspectu, nempe illo quo Heua in arborem oculos intendit interdictam, vtpote cuius fructum comedere erat prohibita? Simul enim atq; contuita est, ilico accensa est vorandi fructus desiderio. Vnde beatus Augustinus, ita de seipso ait. Resisto seductionibus oculorum meorum, ne implicentur pedes affectus mei. Est autem hęc oculorum custodia necessaria nõ modo piam vitam auspicantibus, verum etiam in via virtutum longius etiam progressis. Nam quoties quis foras per vanum inutilium rerum adspectum excurrit, etiãsi fortè nihil contrahat labis tetrioris, toties aliquid interni feruoris & cãdoris amittit. Hinc Bernardus. Vt teipsum semper adspicias, ab omnibus oculos auerte. Etenim quo quis magis est addictus rebus externis, hoc re vera oscitãtior est in rebus internis. Oculi nostri fures sunt & prædones animas nostras innumeris spoliãtes bonis ac virtutis. Oculus enim meus (inquit propheta) depræ datus est animam meam. Nunquam oculus foras effertur ad vana, quia aliquid semper adferat pulueris oculo interiori. Quantum autem oculi isti externi obsint internis, vel

Gen. 3. b.

Aug.

Bernar.

Tre. 3. f.

hinc

hinc discere possumus, quod quum homo quippiã cupit acumine ingenij sui penitius perscrutari, oculos suos corporaleis claudos aut certè immotos veluti indormientes cõtineat, nimirum alienos ab omni rerum extrariarum contuitu. Vnde de quibusdã proditũ est viris eruditis & sanctis, quod adeo fuerint intus intẽti rebus diuinis & spiritualibus, vt foris essent videntes cæci: hoc est apertis luminibus nihil videntes, & quasi ad omnia visibilia occallentes: quemadmodum peculiariter de beato scribitur Bernardo, quod quum totum diem equo fuisset vectus per ripam cuiusdam fluminis, & tandem interrogaretur, de suo baiulo & præterito flumine, negauit se & equũ nosse qualitatem, & an flumen transisset, scire. Quidam etiam philosophus oculos sibi eruisse scribitur, quo expeditius vti posset suo intellectu, atq; ingenio. Nimirũ videbat oculos corporaleis magnũ sibi hac in re præstare impedimẽtũ. Quũ ergo Dominus Deus oculis cernatur internis, quisquis vehemẽti tenet desiderio ipsum videndi cognoscẽdi & tandẽ perueniendi ad ipsius amorẽ, necesse est oculis suis vtatur internis, externos vero à rerũ imutabiliũ cõtuitu coerceat. Ita enim Dñs videri gaudet, sicuti ipse sponsæ suæ in

Cant.4.c. Canticis teſtatur canticorum quũ ait. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum. Quod verbum explanans Richar. ait. Duo inquit ſunt viſus ſiue oculi: vnus quo ſuperna contemplamur, alius quo trãſitoria atq; terrena. Illum quo ſuperna videntur ſaluator aperire venit, ſicut ipſe dicit. In mundũ hunc veni, vt qui non vident videãt, & qui vident cæci fiant. Pro hoc illuminando ad nos venit: vulnerũ aperturã & mortẽ ſuſtinuit, vt lumen hoc nobis aperiret, & ad cognitionem ſalutis viuificaret. Vnde quantũ oculum hunc contemplationem ſcilicet ſalutis noſtræ & deſiderium amet, his verbis exprimit dicens. Vulneraſti cor meum. Ac ſi dicat. O anima quæ ſoror mea dici meruiſti, ex quo carnem ſumendo me tibi fratrẽ feci, & quam ſponſam elegi, quum te mihi in amore & voluntatis vnitate coniunxi, in eo quod æterna potius quam terrena cordis oculis vides & quæris, tantum me lætificas & grata fis, vt amor tuus cor meũ vulneret, & nimietate ſua penetret. Fortis erat ad te dilectio mea quaſi mors: vnde pro te mori volui, & dura corporis vulnera ſuſcipere, vt ſuauia amoris a te reciperẽ. Illa igitur cogitatio, & in illorum apertura oculũ

Richar. a ſanct. vict. in cõment. ſuper. Can. c. 27. Iohan. 9. g.

cordis

cordis defigens aperis hunc ad amorem pariter & cognitionem. Amor enim notitiam aperit, vt dum saluatorem tuum amas etiã salutem quam tanta charitate & sui ipsius precio comparauit immensam & merito appetendam intelligas. Spiritualis ergo visus tuus & salus tua est contẽplatio mei amoris, meæq; fruitionis. Ego enim saluator tuus sum & salus: & qui precium tuum fui, præmium ero: & gemina mei visio æterna est beatitudo. Hunc spiritualẽ visum & salutis tuæ desiderium vehementer in te diligo. Hoc vno solo oculo, i. contemplatione vnica & singulari tuæ salutis & mei amoris atq; fruitionis cor meum vulneras. Quã ob rem quisquis & Iesum toto pectore amare, & vicissim à Iesu cupit verè amari, ab omnibus terrenarum voluptatum præstigijs oculos suos oportet auertat: & qui zelotypum Iesum omneis pariter alienos procos, omnéq; auersantem adulteriũ, cupit sibi perpetuo retinere sponsum, spiritualem omnem cum rebus fluxis scortationem necesse est constanter detractet.

Huc vsque Richar.

De custodia aurium, & curioso auditu. Cap. 19.

Ab hoc. ca. Vsq; ad ca. li. 4. tertiũ ea ferè posuimus quæ

SImili etiã modo obstruere oportet aures Nam & ipsæ ianuæ sunt, per quas innumera eueniunt animæ incõmoda. Cuius saluti

tandem in schedis reperimus ipsius autoris nisi quod sermonem paulo redderimus emendiorē, multis subinde barbarismis solœcismis & obscuritatibus, nō paucis etiā ex tenthonico exemplari adiectis. Vide præfationem.

salutis si tam vigilanter incomberemus quā salubritati corporis, longè magis circa animum custodiam studeremus. Sed heu dominadespicitur, & infirmitatibus eius nulla penè remedia apponūtur: seruo autem omnis solicitudo impēditur. Ab omnibus enim abstinemus noxijs: & vbi infirmitas aduenit nullis parcitur expensis nulli labori, vt tandem sani esse possemus. Sic cæci sumus miseri: sic temporalis commodi studio detenti, vt æternis ea præponamus. En adest auditus per quem toties mortem incurrimus: toties præciosissima quæq; deperdimus: & quantacūq; nobis damna corradamus, quæ tamen ad similia audienda feruemus: quum sciamus nunquam nos saluos fieri posse, nisi & à vanis & à noxijs auditum auertamus: ita vt verè pœnitens nemo iudicandus sit, quandiu hoc ipsum animo non concipit facturum. Hinc Hieronymus. Seorsum semper à turbulentis cogitationibus, & actibus inordinatis, sermonibusq; incomposítis ducitur qui sanari meretur. Verū quia ab huiusmodi non separamur, sed omnibus nos vanitatibus exponimus, ideo in deuotione non proficimus. Et quum hæc faciamus, sæpius tamen conquerimur, quod Deus non adiuuet nos, vt alios solet, quum nos nobis obstaculum ponere non desistamus. Ostiū

Hiero. in Matt. ca. 7.

pessulũ addimus,& cõquerimur,quod amicus, non nos visitet crebrius. Cũ omnibus libenter loquimur hominibus:nimirũ omnium opera, aut quaslibet nouitates cupidè audiendo: & nihilominus expectamus vt Deus nobis loquatur,& vnicè nobis intendat,quum nec nos nobiscum simus, sed per omnem terrã vagemur. Similes sumus pueris qui aliquo ituri, si quid delectabile vident aut audiunt, postponentes negotium morantur ibi:sic nos: Intẽdimus quidẽ Deo seruire:sed quando quid sensuale occurrit, illic obliuiscentes propositi stamus miseri. Qui aures suas non moderatur, sed ad omnia libenter auscultat causam salutis seu dãnationis suę in alterius ponit ore: imo sæpe numero toxicum sumit pro medela. Et qui omnibus passim audiendis adsuescit,corde redditur surdus, vt quæ salutis sunt non audiat nec intelligat:iuxta quod scriptura loq̃tur. Aures eorũ surdæ erũt: lingẽt puluerẽ Math. 7. d.
sicut serpẽtes. Nec mirũ:nã increpantẽ vocẽ conscięti æ audire renuunt: vel Dñm exportantẽ tũ per scripturas, tũ etiã per prędicatores ac etiã sæpissime per sanctos instinctus:sed ad terrena se totos dãt, & ideo sũt sine oĩ terribiliũ iudiciorũ Dei timore& pauore:& hoc tãto magis,quãto sũt surdiores

Qua surditate

ditate nihil horribilius & periculosius. Nã quum vna sit ad nostra sananda vulnera medela, ipsa vnctio sancta, instruẽs nos & edocens: quæ sola nouit & potest erraticam reducere ouem, oscitãtem ad cursum vrgere, quomodo non insanabili penè plaga, pessimaq; uehementer laborare conuincitur. qui eam habere non meretur. Et huius surditatis nobis ipsis occasionẽ damus, eo quod alijs in tantũ occupemur audiendis, & detinemur reuoluendis, vt internus auditus aptus non sit salubribus obaudiendis. Aures enim nostras terra opplemus hoc est rebus terrenis, & tam vehementi rerũ mundanarum sonitu offundimur, vt ad omnem prorsus pulsum spiritualem obsurdescamus, sicuti ei fieri solet qui incudem percutienti cotidie adsistit: qui ideo alium sonum nõ audit, quia maior minorem sonum offundit. Vnde autem tanta proborum & perfectorum raritas, quam ex eo quod vocẽ Domini nec audiunt nec sequuntur? qui etiam percipere eam indignos se per hoc ipsum reddunt. Certè credite mihi, si omnes passim clamarent cum Samuele, loquere domine quia audit seruus tuus, aliud lõge in semetipsis experirentur: aliter saperent quæ sunt Spiritus: aliter iter ipsum conficerent aliud cor

de &

de & ore cotidie eructarent. Quomodo enim Dei immensi caperentur amore, qui non gustauit vnquam eius dulcedinem, nec expertus est verè eius mirabilem solicitudinem erga se querentem: nec quæ facta sunt per ipsum magnâlia ipso docẽte intelligit? Heu fideles reuertimini & agnoscite quam amplis vosipsos fraudetis bonis per curiosam audiendi pruriginem. Hoc enim ipso omnis boni vobis præcluditis viam, regem excluditis, & vos regno priuatis: de quo dicitur, Regnũ Dei intra vos est. Qui rex cũ per singularem suam gratiam in te nõ habitat nec regnat, facile tunc satanas & mũdus vnâ cũ suis cupiditatibus imperiũ in te sibi vindicãt. Hoc sancti quiq; aduertẽtes nihil ita sancto (Leone teste) timuerũt vt ab ipsius relinqui iugi gubernaculo. Nã vt omne inde emanat bonũ, ita si desit cuncta sunt sterilia & imperfectionum cumulis repleta. Ad quod malum nos capit, inexplebilis ista quidlibet audiendi sitis, ipsum à corde nostro excludens Deum. Et re vera mira est in nobis cæcitas, (quum ipsi tam innumeris scateamus malis) ita vndiq; aliorum nos studere videamur velle locupletari miseriis, de omnium statu & actione libenter audiẽdo, ac si timeremus, ne nõ satis miseri essemus. Leo. pa.

Neq;

Neq; enim tantũ peccamus, quod bona negligẽtes mala faciamus, sed & alij, mali origo sæpius sumus. Vt enim ille nobis placeat sæpius conquirit noua, vel ad mentẽ reducit vetera, vel fingit aliqua: q; vtique nõ faceret, si in nobis non videret illã sensualẽ auiditatẽ audiẽdorũ. Quid igitur insanius, vt qui talibus nos satiamus cõqueramur de distractione mentis, & indeuotione? Quomodo enim possibile est mundam orationẽ nos posse offerre, aut aliquid piè speculiari,
Eccle.10.a. qui ianuam aperimus qua muscæ moriẽtes intrent, quæ (vt ait Salomon) perdunt suauitatem vngenti. Simul etiã aues aduocamus,
Gen.15.c. quas Abraam à sacrificio abigebat: quæ nos dilacerant rapiunt immutãt & illusionibus exponunt maligni, maximè quum orationis tempore ad mentem audita venire soleant. Sed redite queso præuaricatores ad cor, & simul quid agatis intendite, & quales sitis secũdum audita scrutamini. Videt Dominus
Eph.5.d. vt filij lucis iuxta Paulum ambuletis, abstinentes ab omni specie mala. Videt an tantis vos exponatis malis tum detractionis, tum vanitatis, tum rerum lubricarum, tum cogitationum, omnis simul tentationis periculis vos dantes quod tanto turpius est in religioso, quanto se maiori feruore exemit mũdo

mit mundo: & tanto est mundano periculosius, quanto infirmior est in bono. Non est istud digne Deo ambulare, (vt apostolus hortatur) qui vocauit vos in suum regnum iam & gloriam: sed magis inquietè & curiosè agere, vt illi de quibus in alio loco ait. Audiuimus inter vos quosdã ambulantes inquietè, nihil operantes sed curiosè agẽtes. Hinc Gregorius, Graue curiositatis est vitium: quæ dum mentẽ ad inuestigandã vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit vt aliena sciens, se nesciat. Et omnis curiosi animus quanto peritior fuerit alieni meriti, tanto fit ignorantior sui. Sed si hæc de merito, quid de peccato, quid de vitio alterius cotidiano: quorum sumus tam curiosi inuestigatores, tam acerbi reprehensores, longè accõmodiores nos exhibendo ad audienda mala, quam ad audiẽdabona? Hinc dicit Gerson eos contra præceptum peccare, Nõ falsum testimonium dices, qui delectabiliter nimis adinuentis nouitatibus, aut aliorum diffamationibus aureis credulas præbent. Hinc Hieronymus, Non licet tibi vituperationem alterius patienter audire quia nec ab aliis optas recipi tuam

1. Thes. 2. c.

2. Thes. 3. c.

Greg.

Huc vsque ille.

Gerson.

Hier.

Breues

Breues aliquot normulæ obseruandæ circa visum & auditum .I.

QVantum potes cum omni orationis instantia,& iugi labore conare oculos antè te tenere. Quod eo facies facilius si mentem in Deũ sustuleris:sic vt quocunque vadas eleuata mente procedas: Quandoquidem oculorũ euagatio ex mẽtis prouenit otio, aut ex defectu pij negotij. Quũ enim quis intus in animo pio aliquo occupatur cogitatu, non libet illi sensibus suis occupari aut implicari rebus externis.

II. Quando sentis te prurigine oculorũ laborare,ad res aliquas nihil ad te pertinentes cognoscendas, vt ita sensualitati curiositati aut suspicioni conceptæ satisfacias, tũc vel maximè renitere, & maximum reporta bis triumphum.

III. Si euagari te sentis corde aut oculis, caue in eo stes,te aliorum inquinando sordibus aut occupãdo operibus:quin citius te met arguendo ad Deum te conuerte: nec quicquam cures quicquid in alijs vides:omnia sine iudicio transeundo:omnia ac si bestiæ essent simplici animo videndo.

IIII. Quicquid vides in tuum bonum conuerte aut aliorum.Nã si mala quis agit, & percipis,potes intra te dicere,Ille hodie,

ego

ego cras, pro eo Dominum deprecando. Si bonum in alio conſpicis, tibi vileſcas, in cor de tuo Deum benedicendo, & optando vt cum catellis ſumere merearis de micis tuorum huiuſmodi dominorum.

V. Ex omni creatura quã vides cape piæ meditationis aut eruditionis occaſionẽ, crebrius cœlum intuendo, & eius ornatum ſolẽ & lunã, ſtellarumq; pulchritudinẽ viciſſitudinẽ temporum, terræ vbertatem, & alia huiuſmodi, temetipſum ſtimulando ad laudem diuinæ potentiæ & immenſa maieſtatis: ſimulq; te ad amorem ipſius vrgendo.

VI. Nihil infructifere videas: ſed omnia te ad Deum ducant: & omnis mundi creatura & machina, ſit tibi liber ad diſcendũ in ſpiritu, ad deueniendum in noticiã & amorẽ Dei. Terreſtria animalia actiuam te doceant vitam: volatilia contemplatiuam.

VII Si ſuperiorẽ videas peccare, vide ne ob id eum vel contẽnas vel iudices. Homo eſt, non angelus, cuius iudex eſt Deus. Sublimiter conuenit ſentire de patre ſpirituali: tãtoq; eſt ſolicitius reſiſtendũ omni tẽtationi & auerſioni in ipſum, quanto ipſum præ cæteris diligere conuenit, & reuereri.

VIII. Quod ſi res tibi exiguæ ſint, ne ſint tamen animo tuo anguſtæ: nec aliorũ viſa

affluentia veluti opũ vel cuiuſcunq; rei alterius mærorem tibi incutiat, aut deſiderium, te fruſtra affligendo : alioqui enim bis miſer eris, nempe quod tua defleas, nec aliena acquirere poſſis.

Pſal. 118. Pſal. 41. IX. Nonnunquam gemens cœlum ſuſpice, nunc dicendo, Heu mihi quia incolatus meus: quando veniam & apparebo ante faciem Dei, ſuſpirans videlicet ad patriam Cãt. 5. 6. Patremq; cæleſtem, ciueſq; ſupernæ Ieruſalem mente inuiſens: nunc cũ ſponſa ad ſanctos angelos clamando, Nunciate dilecto meo quia amore langueo. Nonnunquã velut peccatorũ repulſus multitudine aut grauitate in terram oculos iacta. Ipſa enim prorſus muta non eſt vt loqui neſciat, quũ in mentem tibi reducat, quia terra es & in terram ibis.

X. Quando adſtas fabulantibus, ſi vales declina: vaniloquos: ſi fortis es admoneillos ſi vero hoc non audes, mentẽ in Deũ iacta, & non eis intendas? Audiendo ſurdũ te prębeas. Si adhuc puſillus es, & valde ad vanitatẽ propenſus, tanto magis tibi caueas, ne vt captiuus aurem huiuſmodi præbeas.

XI. Si ſuper te audias alios tentatos irridentes aut detrahentes, nil hoc te moueat. Similiter nec tibi placeas de laudantibus te

aut

aut honorantibus, cogitans quod vt nec horũ laudes te bonũ aut meliorẽ facere queũt, ita nec illorũ vituperia te possunt reddere peiorẽ. Dices ergo cũ Paulo, Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer aut ab humano die. Magis tamẽ semper tibi caueas à laudatoribus, quam à vituperatoribus: nam plus semper timenda sunt verba blãda quã aspera, magisq; fugienda, eò quod huiusmodi sermones animum hominis quadam voluptate resoluant.

XII. Si aliquid ab aliquo rogaturus sis per patientiæ clipeum temetipsum premunias, ne si negauerit, inopinato casu magis turberis. Quoniã etiã ab ipso superiore corriperis, caue id putes à malo ipsius erga te affectu procedere: sed pro certo tene id ex charitate procedere: & ad te probandũ prelatũ se tibi duriorẽ exhibere: aut etiam (vt sepius cõtingit) ex volũtate diuina te ꝓbare volẽte id venire. Nã vt Salomõ ait. Cor regis in manu Domini: quocunq; voluerit inclinabit illud. Si aũt arbitraris te eam aut certè tantã increpationẽ non cõmeruisse, cogita cęcũ esse vnũquẽq; in causa propria: deinde etiã cogita te olim aliquãdo correptionẽ commeruisse longè hac duriorem.

XIII. Si ab alio admoneris, etiã ab inferiori

siue etiam à passionibus quibusdã deuicto, vide ne ob id irascaris, aut increpationem reiicias: fortè enim Dominus loquitur per eũ. Nec enim te mouere debet dicentis autoritas, nec quis, sed quid loquatur debes attendere.

XIIII. Quando missæ audis sacrificiũ, cũ attentione recogita amarissimã Christi passionem; sicuti in memoriam passionis & mortis Christi, hoc est sacramentum & missæ officium institutũ est. Secundo stude idẽ sacrificium corde Deo offerre vnâ cũ ipso sacerdote, cui teipsum vnire debes in feruore illo, quo ipse semet obtulit Christus in ara crucis: Atq; hoc facies primum generaliter pro salute totius mundi, deinde specialiter pro causis & amicis te cõcernentibus. Quẽadmodum aũt cõmunitas aliqua suo volẽs principi quippiam offerre, aut ab ipso quippiam petere, vnum aut alterum sibi constituere solet patronum aut commissariũ, qui multitudinis in offerendo postulando, aut orando vices gerat: ita in missæ sacrificio tota adstans multitudo aduocatum & intercessorem habet ipsum sacerdotem: atq; ob hoc ei debet populus ipse in communi desiderio ac voto coniungi. Tertio ne omittas quin spiritualiter eucharistiam cotidie susci

pias:

pias: desiderans quidem particeps fieri omnium gratiarum ipsius sacrificij, non minus quam si ipse visibiliter illud acciperes: apprecans vero cũ magna humilitate, vt vel micam vnã de mensa Domini merearis accipere. Quarto, diligenter attende ijs, quæ à sacerdote aut ministris mos est altius pronunciari, & auditis teipsum tã affectu quã opere stude accommodare.

XV. Quando vel loqueris vel loquentẽ audis, si vis tibi esse consultũ, caue omni modo, ne totus illud agas: sed si potes ad omne punctum mentẽ eleua: per hoc enim mirè Deo placebis, & superamodũ id cõmodo tibi erit. Habeto autem te adinstar nutricis filium suum semper solicitè obseruantis: vel discipuli suũ pædagogũ, vel regis suum consiliarium, vel itinerantis suũ ducem. Cogita enim te nihil gratum facturum Patri si non fratrem tuum minimũ adduxeris tecũ Iesum, quem caue etiam ne vnquã perdas, reus enim mortis est qui non custodit Christum Domini.

Quo pacto labor sit exercendus ne impedimentum præstet spiritu. Cap. 20.

QVomodo in omni actione te habere deceat iã edicamus. In primis quã spiritui datũ sit corpus in obsequiũ, ipsum-

que ſpiritum aggrauet, vt nõ quantũ poſſit ſæpiuſq; velit valeat ob annexam corporis infirmitatem: ideo cum viciſſitudine quadã vtendũ eſt ſpiritualibus: & regendus eſt fer uor ne plus æquo ferueat. Quod nunquam rectius fit quam ſi dum ſpiritualibus nõ poſ ſumus nec debemus intendere, nonnunquã corporalibus nos demus: tum vt corporis nonnunquam ſaluti prouideamus, tum vel maximè, vt ſpiritus, moderato labore inſuo permaneat vigore: qui vel otio extinguitur (ipſum enim omnium eſt ſentina malorum) vel immoderato labore opprimatur. La- bor enim ſi non ex obedientia ſit, vt medici na eſt ſeruanda accommodanda & tẽperan- da: nimirũ vt taliter ac tantũ tibi laborẽ im ponas, quantũ ſpiritus ſanitas requirit. Vn de colligitur quã indecenter agant pleriq; religioſorũ ſic miſere diẽ laborando expo- nentes, quaſi videantur id vocationis eſſe principale, putare: quũ labor non niſi ob ſpi ritum fouendum concedatur. Vnde cõſtat eos, niſi in ſuis ſubinde operibus iaculatorijs intendant orationibus non parum extra ſe- mitam ſuæ profeſſionis excurrere. Proinde labor ne ſit inutilis, requiritur vt ſit talis cui ſit mẽs dedita, & non permaneat otioſa: ne labor non ſit remedium profectus ſpiritus, ſed aperta ianua omnis vitij. Similiteretiã

qui laborat oportet vt cũ delectione quadã hoc agat, ne sit tedio vel amaritudine affectus,& tẽtationibus subiaceat, cordisq; pace careat. Quã qdẽ amaritudinẽ facilè quisque euitabit, si cũ laborũ vicissitudine & alteratione laboret corpore & mente: aut saltẽ, (si propter obedientiam aut necessitatẽ diu nequeat cessare) si inter laborandũ (vt credo)iaculatorijs vtatur orationibus, sic vt Domino & sanctæ satisfaciat vnctioni. Sic enim laborẽ suũ nõ solũ vindicabit à tedio, sed cũ multa etiã spiritus iucunditate eum peraget. Suo enim aduentu dulcorat omne amarũ sponsus dulcissimus Dominus Iesus. Nã quod quispiã amaricetur corde, hoc plerunq; fit(etiã si piã habeamus operis intentionẽ,quã semper habere decet, non tã nostrũ quã alterius cogitando bonũ, nisi necessitas aliud facere cogat, nẽpe vt saluti proprię, aut proximis, aut filijs prouideamus)q; ipsius non simus memores, q dulcis vnus cõfabulo recreator subleuator & amicus ascisCẽdus esset, eo q; gaudeat suorũ interesse p sui causa assumptis laboribꝰ, à cuius auxilio omnis laboris depẽdet fœlicitas. In oĩ actione nostra siue manuali, siue quacunq; alia, cauendũ ne nimis simus effusi. Quæ quidẽ effusio in spirituali homine magnũ præstat impedimẽtũ pfectꝰ. Nã & si feruere debeamꝰ

intentionis feruore, debemus tamen nihilominus maturi & moderati esse in omni actione. Ipsa enim effusio agit vt mens turbida sit & inquieta, quę semper pacata otio saqȝ manere debet, si spiritu adhærere Deo quis velit iuxta illud. Vacate & videte quoniam ego sum Deus, Iuxta Senecę ergo sententiã, Inter se ista miscenda sunt, & quiescẽti agendum, & agenti quiescendũ est. Facit etiam ipsa effusio, in eo quod Dominũ nõ recordatur in innumeras effluere imperfecti ones. Scimus enim quod spiritus quanto magis occupatur vigilijs & externis deditus est, tanto minus opportunitatẽ habet, quid dicat, agat, vel cogitet aduertẽdi, vt etiam merito dicere possit, Sicut aqua effusus sum & dispersa sunt omnia ossa mea, & vt rectè etiam dictum videatur ipsi Rubem à patre suo Iaacob. Effusus es sicut aqua, non rescas. Sic certè est, qui per sui debitam nodrantiam multorum bonorũ fieri potest particeps, videlicet spiritualis profectus, & externi laboris, per nimiam effusionem vix laboris ipsius apud Deum meretur precium, quũ tantæ quandoqȝ immistæ sint imperfectiones vt vel præponderent totius laboris fructui vel etiam destruant ipsum. Non sic sancti plerisqȝ agere solebant, qui sic vni incumbebant

Psa.45.
Sen.epi.3.
Psa.21.
Gen.49.

cumbebant operi vt nobilissimo fructu spiritus nunquã se paterentur frustrari: sic corporalibus intenti vt nunquã animæ obliuiscerentur: sic externis vt semper in interioribus excubarẽt: sic hominibus obsequẽtes, vt Deũ non postponerent propter quẽ se exercebant in alijs: sicut Salomon Dauidis filius legitur orasse Dominũ. Da mihi, intelligentiã & sapientiam vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo. Nam re vera damnose & infœliciter se externis occupat si in interioribus se gerere ritè nõ didicit. Felix proinde qui sapiens est in hac thesaurizandi arte & sanctæ cuiusdam agitatur auaritiæ stimulis. O quanta sibi is in vno opere conquirit bona, in cuius simili aut eodem vel nulla alius acquirit bona, sed potius mala. 2. Par. 1. b.

Aliquot præceptiunculæ in laboribus obseruandæ. 1.

IN omni opere tuo considera quid oporteat, quid deceat, quid liceat, quid conueniat, vt ne quid agas inconsulte: simulq; ante omne opus mentẽ eleua, orationi incũbe, bonum propositum in ipso te stabiliendo firma. Vbi te nimium effũdi super opus senseris, vel mente ociari, continue suspirando ora ne ille te deserat, à quo tuus profectus dependet. Recordare etiã laboris Christi ipsum deprecãdo, vt in gratiarũ actionẽ pro

Berna. ser. 3. ad frēs: pro labore illo tui causa suscepto, tuū istum laborē dignetur suscipere. Præterea iuxta beati Bernardi doctrinā causam laboris cogita in tuo labore: videlicet transgressionē illā primorū parētū, & reliqua peccata per alios & per te super addita, ob quæ istis sub acti sumus erumnis & laborū molestijs, sicuti Dominus dicebat ad Adā, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Cogita hanc vitā laboribus & molestijs vndiq; esse plenam, vtpote in qua nihil pene paretur sine sudoribus: & suspira ad vitam illā beatā omnis boni affluentia redundantē: omnis vero laboris pœnæ & aduersitatis nesciā.

Gene. 3. d.

II. Caue quisquis christianus es ipsius cui omnia debes obliuiscaris, aut diligentiam tuā facere negligas in omni opere tuo eius esse memor, ne videlicet totus dies elabatur citra eius recordationem cui ineternū cupis adhærere, & quem nunquā nō tui cupis esse memorē. Proinde in omni tua actione prefige tibi regulā, statue memorialia in ipsum cor eleuandi. Vt si scribis quoties atramēto calamū intingis suspires, ipsum preceris breui oratiuncula, Si legis, quoties certas perlegeris lineas idē facias: & consimiliter in omni tuo opere, nō minus qualiter quam quid agatur attendens.

III. Quicquid operaris, citra strepitū citraq;

tracq turbationē id agito, cū tranquillitate etiā animi. Sunt enim quidā immodestiores quicquid agūt videntur cū impetu & mēte agere tētata, vt prēter hoc q; seipsos ad Dei inhæsionē pene ineptos reddere videntur, etiā alios (tametsi forsitā nihil subsit mali) scandalizant ac turbant. Vt aūt in moribus blandi, sic in actione debemus esse quieti.

IIII. Omnibus etiā in labore te exhibe inferiorē: nec facilè patere tibi ab alio ministrari: quin potius præuenire quēlibet labora, in præstando obsequio. Quicquid vel ex imperio vel ex proprio motu facis, & quicquid alij exhibes obsequij, stude hoc non tā fideliter exequi, non secus quā si id summo faceres Domino, quā hilariter, quo omnis pulsēt foras mētis meror & tediū: ita enim labor tuus maximè Deo erit gratus, vel Paulo attestante, q ait. Hilarē datorē diligit Deus. 2. Cor. 9. b.

In fine aūt tui operis, ora Dominū vt, p exercitio quod illi forte debes interno, cui fortassè præstando inidoneus es externum istū laborē benignè dignetur suscipere: Deinde etiā ora vt quicquid per infirmitatē aut aliās in ipso labore deliquisti, tibi nō dedig neē misericorditer ignoscere. Quod ipsum facere tenetur omnis christianus etiam secularis, tam primo statim diluculo è suo consurgens strato, quam sub noctem iam

sese componens ad quietem.

Quo pacto se religiosus quisq; in sumendo cibo habere debeat. Cap. 21.

QVomodo autẽ in comedendo se quilibet habere debeat, eo quod multi in hoc delinquant, iam restat dicendũ.

Ante omnia, illud religiosa quadam consuetudine obserua, vt non præceps irruas in cibum, vt canes & aliæ solent bestiæ: sed cum præparata mente & animo aduersus insidiantem munito lentè cibum capias. Tũc enim inimicus magis vigilare nosci, cum homo infirmæ carni seruiens infirmior spiritu videtur. Vnde & tum maximè vigilare hominem necesse est, quum tunc quasi ab vno inimico videatur victus, vt alius lõgè facilius se posse putet subintrare. Ad cibũ ergo accedendũ est tanquã ad medicinã, quæ prudenter accipienda est, ne si secus accipiatur quam oportet, nõ sanitatẽ adferat, sed potius morbum exacerbet, aut aliũ etiã conscisçat. Et præterea tanquam ad crucẽ, non sine humilitate dolore admiratione & pudore quodã ad mẽsam accedendũ, quod homo rationalis, creatus iuxta imaginẽ Dei vocatus ad vitã illam perennẽ tam irrationali cibo indigeat quodq; sine viliſſimis isti usmodi rebus vitã suam cõseruare omnino

non

non possit. Deinde fusis ad Deũ precibus orabis in te excitari famẽ alimonię spiritualis, vt ea potissimũ esurias quæ præstantiora & perpetua sunt: ad ista vero corporalia tanquam necessitate coactus, non voluptatis capiendæ desiderio tractus adeas. Præterea necesse est vt cibũ sumpturus ad ipsum cum timore accedas ne capiaris, & præmissa prece ne excedas, & simul vt veram parsimoniæ virtutem conseruare possis. In ipsa mensa decet vel maximè benefactorum & parentum recordari, quum tunc eorũ pascamur sudoribus, pro quorum fortè immoderatiore acquirendi affectu ipsi fortasse acriter puniuntur, grauissimã famem nostrarũ precũ patientes. Quibus (quum debitum vrgeat) non succurrere, vel saltem cõpassione non concuti super fratre suo efferre mẽtis iudicatur. Ad hæc qui sibi benè consulere vellet exacteq; Domini exequi beneplacitũ, deberet priusquã dantis alijs donis accipiendis se ingereret de datorum ingratitudine confiteri: suam ingratitudinẽ ac mi seriam damnando ac detestando: diuinam vero bonitatem, quæ nihilominus suã munificentiã in nos declarare non desinit suspiciendo & laudando. Hoc enim modo mirè se mens sentiret accendi spiritu. Nihil Deo gratius

In teutonico plura sunt.

gratius quã quũ nos deprimimus, & ipsum admirando laudamus. Nã vitia & peccata conuenit tũ recordari, & simul per propositũ nouum Deo studere placere: ad euitandum periculũ mortis & aliorum malorum, quod sępius cernere est multos incurrere vel inopinate inter edendũ, ita vt tũ nihil ferè boni vel liceat vel libeat cogitare. Hinc nõ abs re Iob sanctus de seipso dicit. Antequã comedã suspiro. Nõ est aũt q; quisquã hic conqueratur hæc nimirum esse prolixa, putetq; difficulter hæc omnia ob prolixã quãdam quã exigere videntur morã ita posse impleri: quũ breuibus hęc & affectuosis quibusdam possint fieri quam facillimè suspirijs, aut oratiunculis vocalibus si non ob aliud, certè ob id vt nostrę auiditati in capiendo cibo frenum inponamus. Indecens enim est, nec imperfectione caret grauiuscula, suis huiusmodi bestialibus moribus non imperare in conspectu Domini qui omnia interiora dijudicat.

Pia quædam documenta de ratione se habendi in mensæ principio: de piis quibusdam exercitijs circa comestionem: & de quibusdam tunc maximè vitandis. Cap. 22.

IN ipso statim mensæ principio nosipsos solicitè oportet obseruemus & cohibeamus

beamus, quod tunc maximè feruere solea mus importuna quadam vorandi cupidita; te,& totos nos in cibum effundere. Qui se in principio non continet, spiritum quantum valet in Deo studendo fixum habere, toto timendum prandio vacuus mente erit. Nam quum facilius gratia teneatur quam acquiratur,qui eam negligit in ipso principio,timendum,quod multo minus & inefficacius ad eam conseruandam seu parandam laboraturus sit in fine. Oportet autem omnem diligentiam adhibere vt semper tẽ perantes simus, & nostræ sciamus atq; seruemus necessitatis mensuram, spiritui nostro semper potius consulentes & studentes quam carni. Nam si spiritum negligamus in varia nos necesse est diffluere vitia. Hinc totius pene pomeridiani temporis vel prosperitas futura vel iactura dependet: scilicet ex bene inchoata & ritè consummata commestione. Quòd autem non perinde rectè nec disciplinatè incipiat quispiam,hoc videtur inexcusabile: quod vero inchoans religiosè, non ita consumet perfectè, hoc infirmitatis esse probatur. Vnde etiam talis à Domino & facilius merebitur veniam, & subinde maiorem (si laborans iugiter contra semetipsum dimicet) experietur

experietur gratiam, & opem diuinam. Effusio super cibũ omne bonum destruit mentis quod est, & impedit quod non est. Vnde quanto id cominus est & peius, tanto quisq; qui religiosè vt christianum decet vult cibũ sumere, id in se studiosius obseruare debet, & sæpius eidem si non semper valet) resiste re: mentem suam dũ bolum masticat eleuãdo in Deum. Hoc si quisq; faceret, facilè depræhenderet an Domino satisfaceret, quũ ipse qui nihil admittit indisciplinatum statim id indicet. Mens enim quæ, Deo iugiter adhæret, est velut speculũ, quod diuinis continuè radijs illustratur. Vnde sicut in speculũ nullus quamuis exiguus cõtingit anhelitus, quin aliquid claritatis auferat: ita nulla tã exigua imperfectio, quæ non aliquid facilitatis adimat aut impedimentum præstet, ipsum videndi alloquẽdi vel amplexãdi. Quinimo ni statim occurratur priusquã mens multis oneretur, & à Dei agnitione et amore penitus excidat, paulatim eueniet, vt mens ipsa nihil omnino videat. Sed si sese in quiete contineat, grandis displicentiæ in se inueniet argumentum, nempe amaritudinem quærimoniam & indignationẽ ipsius amoris qui pergrauiter est lesus. Proderit etiam hæc mentis eleuatio ad extinguendã

complacentiam

complacentiam & delectationem quæ gustum internum solet inficere. Nam quanto mens est alijs attentius occupata tanto minus percipit in alijs. Verum quũ non æque omnibus ocium sit hoc actitandi (etiãsi fortè vsitato in spiritu facilè est) nec feruor adsit omnibus sufficiens: poterit qui religiosus est, & lectionem audit, ad punctum quemlibet lectionis mentem eleuare, aut saltem ex lectionis materia, materiam suspirij aut piæ cogitationis accipere. Qui vero secularis est, & lectionem nullam audit, poterit mentem ad Dominũ dirigere ipsum comitando euntem ad conuiuia, & facta eius imaginatione meditatione & oratione prosequi.

Die lune ergo (vt pius quidã tradit doctor) cum Iesu comedas qui, qui pastu paruulorũ exiguo pastus est puer: qui esurijt post quadraginta dierum ieiunium, nec tamen tentatus obediuit suggestori: qui ad nuptiale cõuiuium inuitatus ire voluit, vbi aquam conuertit in vinum: & pete ab eo vinum: vt sicut vinũ fecit ex aqua, ita quicquid adhuc in te est aridum frigidum & insipidum, fiat ipso iubente delectabile feruens & sapidũ. Pete & panẽ animæ, diuinum scilicet amorem, primum tibi, deinde ijs qui Christũ in cordibus suis portare cupiũt per iugẽ ipsius memoriam,

Mat. 4. Iohan. 2.

memoriã, vt & ipſi dulci ipſius mereantur paſci amore. Pete ab eodem & defũctis panẽ miſerationis diuinæ, vt per operũ ipſius merita & ſanguinis virtutem omnia illorũ debita relaxentur.

Die martis cogita quomodo Dominus cũ
Mat.9.b. peccatoribus comedit, orãs ne etiam tuam dedignetur adire menſam & domũ, Cõtue
Ioh.4.a. re & ſitibundum defatigatũq; Ieſum puteo aſſidentem, & ab adultera potum petentẽ, & roga ipſum ne & te innumeris contaminatũ adulterijs & ſcortationibus à ſe proijciat, ſed contra magis impertiat quo ipſius erga te ſiti queas ſatiſſacere, ipſum ſic ſitiẽ
Pſa.41. do ſpiritu vt antea carne concupiſti alia, vt dicere poſſis cum propheta, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ. Contẽpla-
Luc.7.f. re & magdalenam, & erubeſce tuam ſuperbiam, & paruã pœnitentiam. Aſpice Dominum conſolantem, & ne dubites ipſum eſſe pluſquam miſericordem: & pete ab ipſo vt etiã te paſcere dignetur amaro ac duro pane veræ pœnitentiæ: & potum tibi largiatur ſalſarum lachrymarum, quo ſic tandem & conſolationem accipere merearis, & perfectam omnium commiſſorum condonationem.

tionem. Mat.12.8.
Die mercurij comedes cum Christi discipulis per terram euntibus quicquid fuerit appositum: & cum gratiarum actione paupertatis tuæ prandium olere celebrabis, reputans hanc tibi missam à Domino nihil aliud requirendo. Hic etiam cogita conuiuium illud quod paterfamilias extruxit filio prodigo reuertēti, occiso illi vitulo saginato: per quod indicatur cōuiuium illud Patris cœlestis nēpe gaudiū felicitatis perpetuæ: quod ille nobis parauit Christo tanquam vitulo quodam saginato, hoc est omniū gratiarū & donorum pinguedine pleno, pro nbis occiso & mactato. Luc.15.b.6.

Die iouis vide Dominum, turbam quinque millium, quinq; panibus pascentem, rogās vt te pascat spiritu, vti millia milium & decies centena milia ipsi adsistētia iugiter sua pascit diuinitate. Audi & cum dicentē, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, rogans vt ipsius per ecclesiam vniuersam oblationis (quæ cotidie in sacrificio offertur altaris) particeps fieri merearis: & cum edē tibus sensibiliter: semper spiritualiter manducare, & effectum merearis participatione gaudere. Comedes etiam hoc die cum Ioh.6.8. Ioh.6.a. Mat.26.b.

ipso & eius apostolis agnum paschalẽ, idq; adiunctis lactucis agrestibus deprecãs ne te
Exo.12.b. percutiendi angelus satanæ potestatem habeat: & vt liminare tui cordis insignire sanguine suo velit per iugem compassionẽ & memoriã amaræ passionis suæ & cruciatũ. Die veneris bibes præciosissimum Christi sanguinem in remissionem criminum mũdi effusum, orando ne sanguis tam præciosus in te suo frustretur effectu: sed vt per eum quem in horto effudit orans, ab omni peccato debita pœna libereris: per eum quem in flagellatione, sanitatẽ acquirere mentis possis: vt sicut ipse toto corpore sanguine madidus fuit, sic tu in Domino ab omni affectione praua & passione sanari merearis: per eum qui in cruce effusus est in hora mortis, nulla mortalis culpa ab ipso te separet nec venialis ab introitu paradisi impediat aut remoretur: sed sicut ipse mortem plenè gustauit per humanitatem, totumq; suũ sanguinẽ pro nostra salute effudit, sic te vitijs omnibus demortuum in ipsa corporis morte ad vitam possidendam æternam nil impediat, quod admissum est per carnis fragi-
Heb.5.b. litatẽ. Cogita lachrymas pro te in cruce effusas: cogita siti affectũ felle & aceto potatũ.
Iob.12.a. Die sabbati comede cũ eo in domo Marthæ &

thæ & Magdalenæ & ora vt vtriuſq; perfi-
cere merearis affectum: nempe et Domino
ſeruire in ſuis per obſequia charitatis, & ad
hærere nihilominus ipſi in ſe per pias medi
tationes cõtemplationeſq;. Reſpice & cha- Mat. 15. c.
naneam ſe catellis colligentibus de menſa
dominorum ſuorum cadentes micas cõpa-
rantem: & tu quoq; fac ſimiliter.
Die dominico recordare conuiuij in Em- Luc. 24. c.
maus celebrati, & vna cum diſcipulis Chri-
ſtũ inuita, & vt ad te ingrediatur coge etiã,
dicens, Mane nobiſcum Domine quoniam
adueſperaſcit, & inclinata eſt iã dies. Nam
re vera lumen diuinæ gratiæ & ſcientiæ &
feruor diuini amoris recedunt: tenebre aũt
caligo, pluuia & venti ſequuntur Chriſto à
te recedente, mundoq; iã veſperaſcente. In- Mac. vlt.
terſis etiam conuiuio illi quod adſcenſurus
fecit cũ vndecim diſcipulis, quando expro-
brauit incredulitatẽ eorũ & duritiã cordis,
orando vt augeat tibi fidem, & det cor non
iam ſaxeum ſed carneum ad omne eius be-
neplacitũ flexile ſequax & volatile: & amo
re captorũ inſtar clamando, Trahe me poſt
te. Verum vt hæc cõmodius per pia & cre Can. 1. a.
bra ſuſpiria fieri atq; adimpleri poſſint, con
ſultiſſimum & ſaluberrimũ foret, ſi ſecula-
res ipſi religioſorum hic imitãtes exemplũ,

lectionem aliquam in vulgari idiomate sub mensam sibi recitari curarent. Quod sanè si maiores & parētes facerent, facilé etiã filij eodem ducerentur, atq; ita hoc bonum ad innumeros tandem diffunderetur, eòq; hinc multorum acquirentur dispositiones bonorum. Geminus autem potissimum sequeretur fructus, nam multi multa audirent ac discerent bona, & simul multæ vanæ (quæ inter edendum maxime fieri solent) tollerētur confabulationes. Qui verum habet Dei timorē hec non obliuiscatur, ne similis ethnicis Deũ non timentibus fiat, qui quomodo stercora faciant solicitè aduigilant, quomodo autem nobilem animam satiare possent ignorant. Etiã atq; etiam mihi vide an christianum deceat corpus enutrire, & animæ sanitatem negligere, quum non anima propter corpus sed corpus propter animam datum sit, vide an æquum sit ancillam contumacem delicate enutriri, & dominam fame cruciari, quæ & incommodis variis sat superq; ex ancillæ nutrimento afficitur. Nam illa vt improba quanto ipsi magis applauditur, tanto importuniorem se dominæ hostem præbet.

Sed & silentio linguã tunc præcipuè decet refrenare. Quum enim tunc carni satisfiat,

et illa

et illa ex se petulans sit, tunc maximè quasi, fomẽtis suæ lasciuiæ adiuta singulariter ad dissolutionem verborum, risuum, iocorum est prona. Cui accedit maligni versutia, qui tunc maxime tentando vigilat, quando ad casum proniores respicit. Vnde diues qui splẽdidè epulatus scribitur in inferno lingua cruciatum testatur scriptura, non solũ propterea quod epulatus fuerit cotidie splendidè, sed etiam quod linguam sepius soluerit ad ineptias sermonũ, quia hoc illud vt plurimum subsequi solet. Decet etiam speciali ter & oculos seruare, nec aliorum curiosè videre mores, ne vel alios obseruare videaris, vel in aliis videas, quod mentis quietem turbet, aut dissolutũ faciat. Decet insuper non lustrare huc aut illuc, & vagari ad omnia mensæ apposita: quasi os non sufficeret, nisi etiam quasi oculis edere velle videamur: quod est indicium delicatæ & intemperatæ gulæ, indisciplinatæ mentis & vagi cordis. Cetera etiam membra omnia modestia quadam debent ornata esse, vt nihil in pio homine conspiciatur quam quod edificet & imitabile sit. Huius etiam modestiæ rationem vel maximè in capiendo & tractando cibo haberi decet: quæ seruanda est non minus in modo quã in dispositione.

Sunt quidam adeo rudes in edēdo, vt adſpi cientibus faſtidium ingerāt: adeo immundi & ſordidi vt pene porcis inferiores videan tur. Necnon ita quidā apertè ſuam ingluuiē teſtātur opere, vt nihil honeſtati tribuere videntur. Quidā delicatioris cibi adeo ſunt auidi, & ſenſualitatis expletores tam aperti vt nec Deum reuereri videantur nec homines. Quæ in omni chriſtiano indecentia ſunt, eo quod ſicut fideles omnes ſanctæ ſunt vocationis, ſic in omnibus ipſos ſanctos mundos & irreprehenſibileis eſſe decet, vt glorificent Deum nō ſolum in corde, verum etiā in corpore ſuo, iuxta quod apoſtolus dicit. Omnia honeſtè & ſecundū ordinem fiant in vobis. Et ſapiens ait. Immortalis eſt in cogitatione ſapientia, & amicitia eius delectatio bona, & in operibus manuum illius honeſtas ſine defectione. Vnde accipe, qui honeſtatem non habet, eum nec Deum habere cordis ſui inhabitatorē, nec eſſe ſapientem, ſed de eorum potius numero eſſe, de quibus alibi dicitur, Stultorū infinitus eſt numerus, & ſimul in Deum peccare quiſquis illā non quærit, quum vt Eccleſiaſticus ait. Paupertas & honeſtas à Deo ſint. Quod re vera licuit videre nōnunquā in eremitis, & alijs nōnullis pijs hominibus,

1. Cor. 14. g. Sap. 8. d.

Eccle. 1. d.

qui

qui plus in se habebant honestatis tametsi ruri habitarēt quam qui in aula nati & educati. Tua igitur serue Dei, modestia nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est: nec aliter quam si Dominū iugiter aspiceres te geras: ita eum reuerearis presentem per fidem, vt quemuis à te visum hominem. Nihil præter apposita delicati appetas: nihil apportes. Cōmunia quæq; cum humilitate & gratitudine sume, reputādo tuā paupertatem diuitias esse aliorū respectu. Caue vnquam tuo desiderio satisfacias potius quam necessitati. Palatum tuum fames excitet non sapores. Pincipijs obsta: & quū magis te tentari sentis, tum vel maximè reluctari oportet. Nec suasori auscultes dicēti, hac vice fac, cras abstinebis: nam qui non est hodie, cras minus aptus erit. Mora enim validiorem facit ægritudinem & difficiliorem curationem.

Phil. 4. a.

Plura sunt' in theutonico.

De seruanda maturitate, & vitanda lenitate Cap. 23.

IN omni loco te exhibeto maturū, & turpissimum ducito lenitatis notam incurre re: quia remissum facit animum, aditum præstans ad quoduis malū. Omnis pene disciplina in hoc vel periclitatur vel solidatur Cogita cui adstas, quæ te circunstant, quæ impendent, & quibus debitor es: & facile inuenies

inuenies quæ te ad luctum inducant, & dissolutionem vincant. Deo adstas, pro te crucifixo, qui non semel fleuisse legitur, risisse nunquã. Malis & periculis innumeris tam corporis quam animæ vndiq; circumuallatus es: rationẽ reddere oportebit de omni actione. Et quum Dominus vnicuiq; mandarit de proximo suo, tã sapientum quã insipientum debitor es, vt malis eorum compatiaris: & si necesse sit etiam succurras. Si hæc voluas mente iugiter, an adhuc libebit ridere? an adhuc cachinnos emittere? quum Dominus dicat, Væ vobis qui ridetis nũc, quia flebitis. Dico quod verum est, si oculos iugiter mentis ad prædicta intentos haberemus, cruciatus nobis risus foret. Dic enim mihi, vidisti aliquando aliquem euntem ad patibulum ridentem? aut matrem vel patrẽ periclitantem audisti in mari & exultantẽ. An ipse vsquam in discrimine capitis aut vitæ tuæ fuisti tripudians? Qui ergo fieri posset vt inter tot discrimina metus terrores mortes, cachinnis & leuitatibus dissoluereris, si iustam horum mires rationem: si cogitares quod nec vna quidem vitæ hora tibi superfit certa: quod qualis tibi finis futurus sit bonus ne an malus omnino nescias: quod quo mortis genere hinc tollẽdus sis prorsus ignores.

Eccle. 27, b.

Luci. 6, d.

ignores. Qua de re non immerito nec inuti liter tales vulgo ferunt versus.

*

Drie dinghen dinck ick altijt voor waer.
Die mijn herte maken bouē matē swaaer.
Deerste beswaert ende verādert mijn bloet
Als ick peyse dat ick emmer sterven moet.
Dat tweede beswaert mij noch veel meer
Vuant ick gheenen tijt en weet wanner.
Dat derde beswaert my noch bouen al.
Vuant ick niet en weet waer dat ick varē sal.

Sunt tria quæ semper memori sub pectore condo.
Quæ mihi perpetuo corda dolore grauāt
Primum magnopere durum est, quo concitus horret.
Sanguis, cum dirę cogito iura necis.
Altera res stimulis multo grauioribus vrget
Quod nō sint mortis tēpora certa mihi.
Tertia precipuū mærorē mentibus adfert.
Quod nequeam dandi præscius esse loci.

Quum ergo nullus vel diem certum habeat vitæ: nec sciat quisquam an æterne damnationis sit filius, an aliud: quū laboret inopia Spiritus: quū videat tā innumeros tātis sub iacere, alios corporis alios aīę, alios vtriusq; malis:

malis: Deum omnipotentē inhonorari, pietatem nihili fieri: omnia ad interitum vergere: qualis putas est apud Deum culpæ & negligentiæ lenitati adhuc sedare. Sciat certò quicunq; hoc agit, nunquam se ad profectū verum peruenturum, eo quod langueat in amore qui tā remissus est in dolore. Simul & consolari indignus est in luctu, qui tā frequens est in risu. Nō habitat Christus in domo tali, in qua crepitant tam leues venti. Nec Deum meretur habere amicū, qui conuincitur velle placere hominibus, & oblectari stultitijs: quia vt sapiens loquitur, Qui vanus & excors est patebit contemptui, ita vt tanto minus placeat Deo quanto crebrior est in isto. Errat enim à Deo, errat à Spiritu, errat à veritate & pietate qui delectatur risus vanitate, iuxta sapientem, qui dicit. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Meritò ergo omnis talis leuitas cēsetur rescindēda. Hac de re ita scribit Bonauentura. Morum læuitas aliquando potest esse in bono ad horam sed in deuoto nunquam, eo quod planè cōtrariatur deuotioni. Nam is est vel in pio luctu, cui contrariatur leuitas, vel cum spōso cubante in meridie: & tūc nihil turpius fœdius & ingratius, quam admittere gaudium adulteriū.

Pro. 12. b.

Eccle. 2. a.

Bona.

adulterium. Quod si vero in neutro sed in ariditate sit mentis, nihil etiam quam tũ leuitate dissolui indecentius: quum pro certo scire debeat, quam diu se huiusmodi dedicat, non solum non Deum habiturũ se spõsum: sed grauius etiam ipsum quasi adulterando offendere & contẽnere. Non est hoc pudicæ spõsæ, instar eius quæ ait. Surgã & circũibo ciuitatem: per vicos & plateas quam quem diligit anima mea: quæ item alibi clamat dicens. Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ hinnuloq; ceruorum. Heu heu, quomodo anima illa eum querere dicitur quę nosci tur stultiꝰ adhęrere, fornicari, ludere, & sensualitatis placita admittere. Veruntamen ne maturitas tua planè videatur austerior, subridere aliquoties, vultusq; prætendere hilaritatem nonnunquã solito iucũdiorem, nec nephas est nec inconsultũ. Cachinnus tamẽ nũquam admittatur, quod is maximé seruũ Dei dehonestet, et Domini gloriam minuat, & simul proximum offendat. Hinc sapiens, Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autẽ sapiens vix tacitè ridebit. Hinc etiam Seneca, Reprehensibilis inquit est risus, si est immoderatus, si pueriliter effusus, si muliebriter factus. Sed & odibilem reddit hominem risus ipse, ita vt iudî cetur

Cãt. 3. a.

Ibidẽ. 2. d.

Eccle. 21. c.

Seneca.

cetur homo aut superbus, aut malignus, aut furtiuus, aut malis alienis excitatus. Risus ergo sit non scurrilis, sed grata quædam vrbanitas.

De vitanda nimia familiaritate. Cap. 24.

Hoc caput non parum discrepat a. teuthonico

Præcipuè tamẽ cauenda est frequẽs illa arrisio huic vel illi peculiariter exhibita Habet enim quoddã malũ speciale, spiritualisq; præfectus impedimentũ. Ad quid enim leuitas assumitur, nisi vt hominibus placeatur. Quo cõtra Paulus. Si inquit, adhuc hominibus placerẽ, christi seruus non essem. O quã magna perdimus sæpe vt hominibus placeamus. O quam care nobis frequenter mortalium stulta, & vana constat amicita. Quã fallax, quam fugax, quã instabilis: nimirum vento ipso leuior est: & nouissima eius plerũq; turbatio tentatio & afflictio. O quisquis Deo placere cupis nostris acquiesce consilijs, vt nullius cupias amicitiam præ alijs singularem. Neq; enim rectum esse potest quod à virtutis deuiat medio. Necesse est vt quem plus minusue alio diligis, plus minusue quam debeas ei facias. A tuo caue recedas exemplari, si à Deo vis probari. Vt Christus æque dilexit omneis, nec pro istis magis minusue mortuus est quã illis ita omneis cũ Christo

Gal. 1. b.

vnanimiter

vnanimiter amplexare, si vis secundū Spiritum & non secundum carnē ambulare. Singularitas dilectionis, est principium carnalitatis, fomentum vanitatis, inimica deuotionis, initium ad ægyptum regressionis, subuertrix religionis. Nihil est in pijs exercitijs, quod non per hanc periclitetur aut subuertatur, siue silentium, siue solitudo, siue quid aliud sit ad bonam pertinens disciplinā. Videtur esse charitas, quæ Deus est, sed est ea quæ à diabolo est: ideo & iuniores & cæci seniores non id aduertentes in malum proruunt, vnde non sine grauissimis (nisi fortè specialiter à Deo visitati) aculeis & tētationibus extricare sese queunt. Vnde iunioribus tanto magis cauendum est ne in huiusmodi amicitiam incidant, quanto eis est facilius & expeditius propter nouum feruorem alios ad hanc excitare: præterea ne vel eam expetant, vel aliquid subesse mali suspicentur, si non id quod consuetum est exhibeatur. Nam quum ex affectu procedat sensualitatis amor ille, irrationabilis est violentus seruilis & cæcus. Qui ipsum habet tenetur alteri ad nutum obedire, quando illi placet ridere, quando non placet sustinere, tentari & turbari. Quicquid enim inconsuetū est, inquietudinis materiā præstat. Quod

ab ipso

ab ipso petes,id à te petet, siue id libeat, siue non:siue id liceat, siue non : tã in choro, quam in conuentu: atq; hinc contingit multos scandalizari: quia quicquid contra communitatem agitur,communitatem offẽdit. Præterea quicquid alter eorum negat, cogitur negare & alter,quicquid affirmat,cogitut & ille affirmare, multa simulare, sæpe dissimulare,sepe adulari. Vix cuiquã potest (quia amor ille pene carnalis est & zelotyporum)pace alterius loqui. Et vis dicã omnia, miser est & miserabilis in anima & spiritu,nec verus religiosus,nec vnquã ferè quietus. Infringit professionem, quia nõ omnia relinquit quum proprium sectetur amorẽ. Vnde nec diuino promisso ditabitur centuplum accipiendo, eo quod humanas quęrat consolationes & per hoc diuinis reddatur indignus. Idcirco qui vult verus esse religiosus discat omnia propter Christũ velut stercora reputare,& qui Christi vult amicus fieri nihili faciat se ab alijs plus aut minus cæteris diligi, nec cuiuis cupiat familiaris esse qui non spiritu omneis nouit in Christo diligere. Nullum tamen quantum in se est patiatur vel à se scandalizari vel quouis modo contemni sed omneis amore in Christo complectatur, ab eis spiritu quãtum honor

Dei

Dei admittit cupiens amari, omnem offensionis lapidem infirmo fratri tollendo. Hic ergo Senęcæ sequere sententiam ita iubentis. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Omneis quoq; tibi pacis æstima: sic nec inferiores superbiendo contemnes, nec superiores rectè viuendo timebis. Plurimum autem refert quomodo te omnibus prębeas, & pręcipuè inferioribus. Nam dũ quisq; ferè erga illos affectus suos liberius ostendit, qualis ipse sit maximè innotescit. Si autẽ omneis te superiores opinatus fueris, facile te erga omneis debitè geres. Hæc præcipuè dicta sunt religiosis, qui si sibi suos amicos in via Dei nociuos deprehenderint sibi adscribant. Cæterum (quod prætermissum non oportuit) nephas non est, imo necesse est nunquam peculiareis aliquos habere à qũibus pietatem discas, à quibus consilium petas, quibus cum tempore & loco opportuno conferas, sed eos expedit esse & perpaucos, & non nisi taleis qui Deum timeant, & ex quorũ familiaritate nullius mali alicui prębeatur occasio. Vt enim vnum aut alterum quempiam nobis necessarium possimus parare amicũ, qui nos nouerit ad Christum ducere, non immerito quiuis alius est piè negligendus ne dicã Seneca.

contemnendus, qui ad id præstãdum est nobis inutilis.

Quã laudabilis & necessaria cuiq; sit erubescentia. Ca. 25.

QVum omnibus in Christo paruulis maximè conueniat humilitas & verecundia, peculiariter tamen eos hæ decent virtutes qui iam post fornicationem spiritualem cum amatoribus multis tã mũdi videlicet quam carnis ad verum animæ suæ sponsum reuertuntur, tanquam erraticæ oues ad verum pastorem & episcopum animarum suarũ: maximè quum in alijs quibusuis error ipse & defectio ad mentem sanam reuertentibus singularem pudorẽ generare soleat. Quæ enim mulier tam effrõs quæ non rubore suffundatur (nisi fortè frõs meretricis iam ei facta sit) post carnis iactu ram passam & virginitatis amissum decus, aut post viri legitimi maculatum thorum. Atqui non minus imo longè maius est dedecus nuptæ spirituali coram spirituali sponso & cælesti, quæ mundi sunt, sectatũ esse, carnis voluptatibus satisfeciisse & prauæ sensuum libidini deseruisse, passionunque impetus non refrenasse: quũ hæc sint quæ illi longè magis displiceant, quã carnis sola incontinentia: & quæ sponsam alioqui castissimam ei odiosissimã reddãt, nec minus

abominandam

abominãdam quam mulier postquã alieno adhæsit fiat viro proprio, ita vt eius amplexus iam abhorreat. Quotusquisq; aũt est qui non aliquando insaniuit libidine horũ? quĩ non oblitus Christi, affectibus suis magis (in seculo præcipue) seruiuit, quam ipsius. Noli quęso parui ducere mundo deseruisse, diaboli instinctibus prauis nõ renunciasse in seculo, quũ hoc ipsum nemo non teneatur facere, & te in baptismo Christi promiseris facturũ. Neq; enim illi religiosi per votum seu cucullũ erant quibus dicitur: Induimini Dominũ Iesum Ch. & carnis curã ne feceritis in desideriis. Et Si cõsurrexistis cũ Christo quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite non quæ super terrã: Et similiter illud, Spiritu ambulate & desideria carnis nõ perficietis. In mundo erant quibus hæc dicebãtur. Vnde & tu non sine rubore illa actitata esse debes reuoluere, solicitus hoc ipsum tãto perfectius perficere, quãto tardius errorẽ tuũ agnoscis: tãtoq; profũdius humiliari & spiritualiter erubescere ex intimis, quãto illis feruẽtius adhæsisti, interim omnino studẽdo ea resarcire pijs conatibus. Nã vt dicit Bern. Nec sterilis verecũdia Deo grata est, nec humilitas præter veritatem laudabilis.

Ro. 13. d.
Col. 3. a.
Gal. 5. c.
Bernar.

Alioqui ipsa certè est maximę virtutis ipso teste Ambrosio, qui ait. Citius solet mereri indulgentiam qui verecundus depræcatur. Vnde etiam Grægorius. Boni eò magis ignescunt ad desiderium requirendæ pietatis, quo magis erubescunt memoria suæ iniquitatis. Quisquis ergo deformatus es per culpam, per hanc virtutem laborare debes vt peruenias ad indulgentiam, vt & de te sponso tuo liceat canere, complacẽsq; in te id sentire quod ait. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: & item illud, Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. Neminem fugit in genis ruborem situm, turturemq; castitatis amicum animal solitudine gaudens & gemitũ pro cantu edens pœnitentium mundoq; se abdicantium figuram gerere, quibus iam non libet sicut nec licet seculare aliquid cogitare, aut aliquid mundani delectamẽti appetere: sed magis totos se lamentis tradunt magno cũ intimæ mentis rubore, super insania sua qua Dominum maiestatis sponsum suũ graui ignominia affectum. despexit atq; offendit violatis ipsius præceptis. Cum rubore dico qualem figuram habet malũ punicũ, quod rubrum est foris, cãdidum vero intus, (vt testis est insignis ille doctor Richardus) cuiusmodi

Ambro.

Greg.

Can. 1. c.
Can. 4. a.

Richar.

cuiusmodi sunt qui intime se humiliantes cum rubore se Deo cõmendant. Nam hi rubri sunt per ruborem, candent vero per cõpunctionis gratiam qua suas animas expurgant indiesq; cãdidiores reddunt. Quis aũt explicet quam Dominus, sponsus per omnia delectabilis de huiusmodi sibi spõsa gratuletur, quam libens eam intueatur, quam capiatur miro quodam modo illius pulchritudine? Placet certè placet deuotæ animæ demissus per verecundiam vultus: placent depressi oculi, & intantum placent, vt rubiginis peccati planè obliuiscatur: nec aliquorum iam excessuum recordetur. Hunc autẽ pudorem quũ præcipue apud Deum tum apud proximos tenere nos decet, vbiq; nosmetipsos erubescentes (quasi alij puri & mũdi essent) de nostra immunditia & fœtore spiritus & multiplicibus imperfectionibus. Vnde quãdo cõuenienter potes, alionũ nõ sine necessitate te cõmiscеas congregtioni, ne illud de te dicatur, q; facies sacerdotũ seu senũ non erubueris: per quos intellige spiritualeis omneis prẽter te. Vnde per Esaiã dicitur. Ingredere in petrã: & abscondere in fossa humo. Quanquã autem hæc ipsa virtus deceat pariter omnes quippe quæ hominẽ non solum Deo verũ etiã hominibus Tre. 4. c. Iesa. 2. c.

amabilem & gratum reddat: præcipue tamen decet & honestat iuuenes, vt pulchrè docet beatus Bernardus in hæc scribens verba. Nunc aduerte sponsæ verecundiam, qua nescio an quicquam gratius aduerti in moribus hominum queat. Hanc primo omnium libet quodammodo in manibus sumere, & quasi speciosum quendam florem decerpere loco, nostrisque apponere adolescentibus. Non quia non sit & in prouectiori ætate omni studio retinenda, quæ esi certè omnium ornatus ętatum, sed quod teneræ, gratia verecundiæ in teneriori ætate amplius pulchriusque eniteat. Quid amabilius verecundo adolescente? Quam pulchra hæc & quam splendida gemma morum in vita & vultu adolescentis. Quã vera & minime dubia bonæ nuncia spei, bonæ indolis index: etcætera.

Bern. in Cãt. ser. vlt

Egerrime autem fert Dominus, si quis non de peccatis erubescat. Vnde per Ieremiam dicit. Confusione non sunt confusi & erubescere nescierunt. Hinc dicit & per Ezechielem. Confundimini & erubescite super vijs vestris domus Israel. Et rursus per eundem In quo inquit mundabo cor tuum ait Dominus deus quum facias omnia opera meretricis & procacis. Quid autem tã singulare

Iere. 6. d. Ezec. 36. g.

singulare meretricibus quam inuerecundia? Quæ sanè sicut in peccatis est res turpissima, ita è contrario verecundia & pudor conditio est peccatoris longè honestissima vtilissimaq;. Vnde vt illæ illam & moribus & gestibus declarant inducunt & loquũtur, ita ex aduerso hãc quilibet se Deo offerens in omni actione loquutione moribus ostendere debet, iuxta id quod ait Ambrosius. Est etiam in ipso motu gestu & incessu tenenda verecũdia. Habitus enim mẽtis in statu corporis cernitur. Hæc autẽ ideo quam studiosissime est tenenda, quod tanquam custodia habeatur & tanquam magistra & ductrix sit disciplinæ regularis, & ea stimoniæ spiritualis: qua si quis careat, non mirum quod tanquam equus sine freno diuagetur, & in meretricum impudentiam cadat, faciens in conuentu fratrum sepius aut apud pios tam impudenter pudenda, vt ea cernens pudore sæpe afficiatur illius causa, attendendo ex compassionis affectu illius cæcitatem. Huius autem verecundiæ encomium pulchrè describit beatus Bernadus ita inquiens. Verecundia est expunctrix malorum, propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientiæ,

Ambro.

Ber. ser. in Cãt. vlti.

conscientiæ, famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, & insigne totius honesti &cæ.

Quantum se quisq; humiliare debeat tam coram hominibus, quam coram Deo.

CAPVT. 26.

EX hoc verecũdię dono nascitur & alia quædã insignis virtus, videlicet sui humiliatio: quem quantũ quemlibet recẽs conuersum deceat, non est difficile colligere. Nam quum is intus squallidus sit & deformis, decet vt in omnibus actibus ac moribus vilem se despectum & contemptibilẽ exhibeat, quo vel sic citius Dominum ad se inuitet, qui fastidit omnem arrogantẽ & superbum, & intantum complectitur humileis vt eos etiam qui solo habitu & gestu humilitatis edũt formã (etiamsi fortè cor nequaquam ita profundè humiliatũ sit) nõ cesset misericorditer respicere aut iram cõceptã ob id relaxare. Quod patet in Achab pessimo israhelitarum rege, cui Dominus

3. Re. 21. g. ro quod sese humiliasset cilicio carnem suã operiens, ieiunans in sacco dormiens, & demisso capite ambulãs, comminationem ab Elia illi significatam commutauit. Vnde eti

Iere. 13. c. am per Ieremiã prophetã omnibus penitentibus ita dicitur. Humiliamini sedete in terra. Vt

ra. Vt quid enim non se huiusmodi humilia
rent coram aliis, qui in conspectu Domini
tam sunt viles & abiecti, mancipiis ipsis si-
miles, quibus dicitur, sede super scabellum
pedum meorũ, aliis vt filiis regi ipsi adsistẽ-
tibus, iuxta illud, Adstitit regina à dextris
tuis in vestitu deaurato, fulgidę scilicet cha Psal.44.
ritatis, quã perdiderunt illi peccando. Qua-
re non iniuria illi cum publicano indignos Luc.18.c.
se cœlos respicere iudicare debent qui cœ-
lo presidentem contempserũt. Legimus in
scripturis sacris quomodo nõnulli pro aliis
Dominum deprecantes sese etiam pro illis
apud Dominum humiliarint ac deiecerint,
vt patet de Esdra qui Deũ pro populo de- 1.Esd.9.a.b
precans aiebat. Deus meus confundor &
erubesco leuare faciem meã ad te, quomo-
do iniquitates nostræ multiplicatæ sunt su
per caput nostrum &cæ. Si ergo ille pro
aliorum peccatis ita se, humiliauit mærens
ac tristis, quid ni idem ageret quisq; pro suis
Huius autem humiliationis virtutem opti-
mè intelligebat & aduertebat propheta Da
uid quum à Semei malediceretur & lapidi-
bus impeteretur propter peccata sua se hu-
milians, nec aliquem de illo vltionem sume
re permittens. Dimitte enim aiebat eum vt
maledicat. Dominus enim præcepit ei vt 2.Re.16.b.
maledicerет

maledicerét Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit. Et rursũ. Dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini, si fortè respiciat afflictionem meam & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Hoc nos omneis imitari conuenit, vt suum singuli imperfectum & vilitatem attendentes, se omni irrisione & contemptu dignos arbitrentur, cogitãdo quod re vera nihil aliud commeruerint: & in humilitate sua (vt Ecclesiasticus admonet) patientiã habendo. Decet enim vt qui in Deum peccando se supra se extulit, pœnitendo quemuis etiam inferiorem supra se efferri libenter ferat: & vt suam agnoscens impietatem omni ab omnibus creaturis cõtemptu vilipensione & irrisione se iudicet dignum, nihil interim cogitans se quippiã per hoc sibi præmij parare, sed id iure sui deberi peccatis pro quibus ita necesse est satisfacere. Vnde vir quidam insigni clarus pietate frater Aegidius vnus inter primos beati Frainciſci discipulus, talem hac de re protulit sententiam dicens. Si cognoscis te offendisse creatorem tuum & omniũ, cognosce quia dignum est vt omnia te persequantur & vindicent iniuriam quam fecisti Deo tuo. Ab omnibus creaturis debes patienter sustinere

Eccle. 2. a:

Cap. de ver au. fratres. Aegi. huc spectante.

sustinere molestias tibi factas, quia cõtra ali quam non habes iustitiam, quum sis dignus puniri ab omnibus. Debet itaq; peccator ve rè pœnitẽs infracto animo perferre omnia mala sibi illata siue ab hominibus, siue alijs quibuslibet creaturis vt vere à se commerita. Cæterum quantæ sit virtutis huiusmodi humiliatio patet in filijs Iuda: qui ad increpationem Semeiæ prophetæ iustum Dominũ confitentes seseq; humiliantes Dominũ moverũt ne faceret quod fuerat comminatus. Quia enim humiliati sunt inquit nõ dispersam eos, daboq; eis pauxillum auxilij & nõ stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac. O misericordia ineffabilis, vt cito parua humiliatione placaris, postquã tã multiplicibus es irritata peccatis. Hinc non immerito Dauid ait. Cor contritũ & humiliatum Deus nõ despicies Et Ecclesiasticus, Humiliare inquit Deo, & expecta manus eius Hæc breuiter de effectibus & dignitate humilitatis dicta sint quæ tũc syncera & vera censenda est, quando quis seipsum non alium nec meliorem haberi cupit foris apud homines, quam seipsum intus agnoscit apud Deum: quando vt semet contemnit, ita ab alijs se contemni æquanimiter tollerat: nec aliũ se apud videri cupit quam

2. Par. 12. b.

Psa. 50.

Eccle. 13. g.

reuera

reuera sit: imo occultare potius studet, si quid habet vnde honorari possit.

PRECATIO.

POtentissime Deus & iustissime index, qui quũ sis immensæ potentiæ Dominus, nunquam tamẽ sic alicui hominum te quamuis immaniter offendenti indignaris, quin ipsum humili pectore ad te recurrentem pie misereris ac recipias: cui etiã nullus omnino tantum potest displicere, qui non per salutarem sui humiliationem rursus tibi possit placere: obsecro mi Deus, eam meo pectori insere humilitatem, qua non modo totus mihi ipse intus displiceam, uerum etiam id ipsum externo apparatu palam declarem: atq; adeo etiam quam omnium mortalium me reputem abiectissimum, qui alioqui malè sanus neminem me agnosco meliorem. Hanc penitus animi mei insculpe penetralibus, sic ut uel abiectissimas quasq; operas libens & alacris subeam, ac per hoc superbiam omnem salubriter retundam.

TRACTATVS QVARTVS
de quærenda & conſeruanda ſanitate animæ.

Quomodo contendere debemus vt promoueamus & perueniamus ad diuinum amorem & ad guſtum ſpiritus diuini. CAPVT. 1.

QVum iã ea quæ ad corporis probè gubernandi inſtitutionẽ pertinent tradiderimus reſtat vt de omnia rectè gubernandi, deq; vita ipſius ſanitate ſeruanda nonnulla dicamus: eo videlicet ordine quo Deus prius formauit hominem de limo terræ, Gen.2.b. & poſtea inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ, quo factus eſt homo in animam viuẽtem. Hic ergo ſciendũ quod ſicut anima ad vitam neceſſaria eſt ipſi corpori, ita piè viuere volenti Spiritus & amor diuinus neceſſarius ipſi animæ. Itaq; Spiritus ſiue vita animæ eſt ipſe Deus ſiue charitas, quia ſine ea mortua eſt, nec meritorias exercet operationes. Nam vt cõtingere poſsit quod quiſ piam temperatè corpus foueat, & modeſtè conuerſetur, linguam ac ſenſus à noxijs retrahat, vt à philoſophis permultis moraliter bonis factũ eſt, Deo tamẽ placere haudquaquam poteſt. Intelligat ergo quiſq; non

ſat

sat esse corpus benè instituisse, nisi maxima cura animæ seruandæ, & feruidæ charitati parandæ adhibeatur, ad hanc rem veluti ad vnicum scopum omne studium dirigendo. Neq; quisq; sat sibi esse ducat si primũ aliquem adsequutus sit pietatis seu charitatis gradum nisi etiam omni cura pro profectu eiusdem laboret crescatq; indies, nihil non tentando, omnia arripiendo, nec vsq; quiescendo. Et quamuis interim parum fortasse incrementi accipiat, non deiiciatur, quum in nouitio voluntas & desiderium proficiendi pro profectu reputetur, & ipsa sufficiat, tantum ne torpescat ille feruor. Porro vt ad illum se disponere per prædicta status est ipsius, ita etiam hanc inchoare, quo tandem ad secundum statum perueniat proficientium, ipsum icipientium hortatur nomen. Itaq; Deo appropinquare gestiat, nil præter ipsum cupiens cogitare aut loqui, perfectorum vitam à longè emulando: vti pueri solent qui quicquid ab aliis fieri vidẽt gestiunt imitari. Vndecunq; autem potest media & adminicula sibi mendicet per quæ in sese scintillas excitare possit pñ amoris, quibus cordis carnalis feces exurat: & Domino modicum aliquod habitaculum præparet. Multum enim in huiusmodi pijs incipientium

cipientiũ ſtudijs delectatur Dominus, ſuntque proſperi profectus quaſi quędam prænuncia. Studeat etiam cum Axa filia Caleph à patre petere benedictionem, & quaſi inſidens aſino, hoc eſt vexatus beſtialibus motibus paſsionum & affectuum, ſuſpirijs & gemitibus petat crebrius, laboretq; quãtum ſinit paupertas pro irriguo inferiori & ſuperiori: vel vt cum Eſau in pinguedine terre & in rore cœli deſuper mereatur benedici. Nam Axa prius terram arentem acceperat, nimirum ſiccam ipſam voluntatem, ſiue charitatis, qua etſi ſalutis ſit filius, multa tamen adhuc ſterilitate tabeſcit, vt non quod vult agat bonum, ſed quod odit faciat malum. Nam re vera quam diu non hac ditari inceperit benedictione, in regione vmbræ mortis habitabit, terraque ſpinas & tribulos germinabit. Vna enim hæc penè eſt cauſa, quod quum tot repleta ſint monaſteria religioſis, tam pauci ſint qui ſapiunt quæ ſpiritus ſunt ſiue religionis quodque tam multi corde redeant in ægyptum, nimirum quia hac carent benedictione, quia cum filijs Iſrael manna non eis ſapit nec guſtum habent vitæ ſpiritualis, atq; ob id in antiquũ recidunt

Iud.1.c.

Gen.27.d.

Ro.7.c.

Num.21.B.

chaos

chaos miseriæ. Quod vero hunc gustū non habeat causa est, quia quum nec ipsi sciant quid facere debeant, nec alij ipsos doceant, sine exercitijs manent spiritualis vitæ, focū piæ voluntatis nullis fouentes carbonibus. Vnde & accidit nouitium frigescere, & vix vnquam in feruore aliquem permanere. Similiter contingit & secularibus, qui quantumuis pium arripiant propositum, statim tamen recidunt, propterea quod non aduertant omni diligentia huiusmodi gratiam custodiendam esse & nutriendam, ob callliditatem inimici, & propriam infirmitatē. Nōne videmus virentē arbusculam primo plātatam continuo arescere, si non iugiter irrigetur? Et quomodo propositum nostrū stabit, si non vigilemus orando legendo meditando, & horum nos consuetudine ceu funibus quibusdam constringendo, donec paulatim & vetus noster homo corrūpatur, veteraq; planè incipiant nobis desipere: & quasi de frumentis terræ promissionis quodā iam accepto gustu, noua faciant corda, voces & opera.

Quod terrena omnia & maxime parentes, & amici carnales sint contemnendi. Cap. 2.

OPortet autem eum qui spiritu vult crescere, vel debitè eū excolere, summoperè

mopere vigilare vt carnis affectum mortifi cet, ne si ipsius sequatur motus (semper enim caro spiritui contrariatur) in vanum laboret. Carnem appello carnis parentes amicos & mundum: qui omneis (vt Dominus monet eos relinquendos) ferè habendi sunt quasi spiritus inimici. Quũ enim ipsi de terra sint, & spiritus de cœlo, qui spiritũ vult colere à terra oportet peregrinetur per affectũ. Quicquid enim in terra est inquinat excecat grauat & alienat à Deo: sicut re vera totum alienum est à Deo. Spiritus aũt de cœlo existens non potest viresc ere aut vigere nisi in sua patria & apud suos ciues, & præcipuè apud Patrẽ qui in cœlis est, vt possit dicere, Nostra cõseruatio in cœlis est, nẽpe affectu, iuxta quod apostolus monet dicens, Si cõsurrexistis cũ Christo quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite non quæ super terrã. Sapere autem ea nemo potest nisi qui palatũ ab alieno & noxio sapore liberauerit. Vnde magnã causam esse puto quod tã pauci sapiant, vel apti sint sapere quę sursum sunt, quia nemo peregrinari vult perfectè à terra propter inditũ amorẽ & propinquitatẽ ipsius naturæ & occultationẽ celestiũ. Nã si nobilitatẽ spiritualium bonorũ Phil. 3. d. Col. 3. a.

vel æternorũ videremus aut tangeremus, vt hæc sensibilia, facilius traheremur ad fastidienda terrena & caduca. Similiter si gustassemus verè suauitatẽ Dei & complexus spiritualis facilè mũdanas siue externas has consolatiunculas relinqueremus. Sed quid agimus miseri, si secundum sensum ambulare & iudicare volumus? Vt quid christiani dicimur, si non secundum fidẽ & instructionẽ dogmatis christiani ambulamus? Quod sensui deest fides deberet supplere, quũ sensui ipso longè certior sit, vtpote per quam omneis sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, vt ait apostolus multos eorum commemorans. Quorum si volumus ditari felicitate successus spiritualis & hæreditatis æternæ oportet sensus iudicia supergrediamur, fidei virtute actuq; ipsos in fidei obsequium captiuantes, fidei etiam summo studio cupientes augmentum vna cum apostolis dicendo. Domine adauge nobis fidem: quandoquidẽ ex ipsius magnitudine totius ædificationis spiritualis felicitas procedit. Ipsa cogit omnia relinquere: ipsa dat potiora sperare: dat his presentibus & temporalibus quæ videtur, æterna quę nõ videtur anteponere: dat infirmis solida præferre: dat mundi oblecta

Heb. 11. f.

Luc. 17. a.

mentis

mentis præponere ſpiritualia, quæ hic inci piunt & futuro conſummantur: dat ignobi libus præferre nobiliſſima, vt parẽtibus car nis parentes ſpiritus: qui tanto nobiliores ſunt quanto ſpiritus excellere noſcitur car- nem. Sed vt ſpiritus noſter ſeſe in altũ tolle re, & à viſibilibus his volare poſſit ad inui- ſibilia duabus opus habemus alis, nẽpe intel lectu atq; affectu: quarũ priorẽ adiuuat fi- des, alteram excitat charitas, qua Deum cu pit, & ipſi appropinquare geſtit ſpiritu, quũ carne nequeat. Qui harũ altera caret, & ſe non æque in vtraq; exercet aut in volando deficiat, aut in terra neceſſe eſt maneat, vt- pote infirmus ſpiritu: qui quanto terræ ma gis appropinquat & inhæret, eo fit infirmi or: ſicut contra quo ab eo magis elongatur, eo magis roboratur. Relinquantur ergo & ſancto quodã odio ſpiritus cõtemnãtur pa- rẽtes & carnales quiq; amici, quũ eis affectu carnis adhærere, ſit cum vxore Loth retro ſpicere, & ob amorẽ eorũ à ſequela Chriſti tardari ſit Chriſtum negare. Nolite quæſo quos ſemel abnegaſtis repetere: quũ ſimul & ſpiritu proficere, & eorũ cõſolationibus recreari nõ poſsitis. Ne quæſo eorũ affecti- bus pareatis. Dominum Ieſum nolite con- triſtare, ſi in iudicio Dei non vultis confun- di. Nolite eorum blandas audire voces, aut Gen. 19. ee

magnificere affectus, qui vocẽ Domini auditis intus, vt fugiatis de medio Babylonis. Fallaciam enim loquuntur & dolũ. Nolite etiã eorum munera aſpicere, ne bonis priuemini internis. His enim & ſimilibus retibus capiuntur piſces electi è viuario cœli, ipſius arte diaboli, qui nouit nullũ eſſe aliud viſcũ efficacius quam eſt amor carnis, vtpote qui directè amori opponatur ſpiritus. Sed Dominus Ieſus nõ venit pacẽ mittere in terrã, ſed gladiũ: vt quicũq; eũ ſequi velit hoc bellũ accipere debeat, ſi coronari optat. Qui tãgit picẽ inquinabitur ab ea: & qui frequẽter amicorũ cupit viſitationes, non poterit mundus permanere, aut non ſpiritu infirmari. Quod vtinã ſaperent qui religioſam dicuntur agere vitã, quorũ nonnulli longè ſeſe amplius ſolicitãt in negocijs parentũ aut amicorũ agentes in cœnobijs quã dũ foris agerent in ſeculo. Nunc enim pro omnibus curã gerunt, qui prius vix vnũ loquebantur alterius cõmodo gratia verbũ. O miſeri, cæci, & ſurdi, qui nec infirmitatẽ veſtram attẽditis, nec vocationis nobilitatem, nec Domini vocãtis voluntatẽ. Quid corpore prodeſt ab amicis ſeparari, & affectu eiſdẽ adhererẽ? Quid prodeſt magna vos certamine ſuperaſſe, ſi poſt victoriã in manus vos

Mat. 10. d.

Eccle. 13. a.

traditis

traditis hostium volentes? O quanta hac de re legimus in Vitis veterũ illorum sanctorũ patrũ, quorum sanè cõparatione, non aliud quã inane monachi nomẽ gerere videmur. Quid prodest mundũ deseruisse & postea rursus se mundi curis ingerere? O quã parũ sapis quid sit Deo seruire, qui tã impudẽter comprobaris mundo velle placere. Quam parũ gustas internæ & spiritualis dulcedinis, qui tã es consolationũ mundanarũ auidus. Quã non capis felicitatem portus, qui nõ desiniste immergere fluctibus maris. Pessimũ sanè signũ & apertum apostasiæ cuiusdã spiritualis argumentũ. Captus es & illuderis à dæmone quãtũcunq; glorieris de religione. Fornicatores sunt spiritus, quicũq; sunt amici carnis: nec spiritus diu aut sępius cũ eis loquitur qui mente euagantur. Vnde qui verè vult viuere spiritu, eum necesse est indissolubiliter Christo adhærere, & p ipso omneis deserere affectu in Christo omneis cõplectendo vero amore, nẽpe spiritus, quẽ implere debet orãdo cõpatiendo &cę. Hoc est enim odiẽdo vere amare. Sit pater tuus qcũq; te instruit in spiritu: sit mater tua omnis doctrina spiritus: sit frater quicũq; eodẽ spiritu in Deũ fertur te comitãdo & adiuuãdo: sit vxor tua perfecta mortificatio tui ipsius: sint

sius: sint filij tui gemitus & suspiria, & sitiēs charitatis exercitium: seruus tuus sit corpus tuū: amici tui sanctæ virtutes. Hæc est propagatio monachi, hæc cælestis generatio quærentium dominum. Qui extra hanc aliā quærit generationem perdet religionis verā felicitatem, & incurret mundanorum societatem: nec spiritualis generationis percipiet communionem, propterea quod segregetse per vanum amorem. Qui ergo Patris cœlestis vult foueri sinu eiusq; solicitudine gubernari, cupiat se ab amicis deseri, gaudeat se ab ipsis obliuioni tradi, tāq; hoc cupiat feruentius quanto eorum se infestari affectu sentit amplius. Nec continuo omnē affectū à se proiecisse sibi persuadeat, si minus se inquietari sentiat: sed tum solum profecisse se noscat, quū contrariū affectui suo æquanimiter portat. Sæpissime enim multum affectum habemus ad aliquid, & nescimus priusquā ad contrarium & carentiam eius veniatur. Hæc præcipuè religiosis dicta sint: necesse tamen est vt quatenus fieri potest religiosos hic emulentur seculares, scilicet vt si non effectu saltem affectu liberos & amicos deserant, mundum non plus æquo diligant, ne mentis puritas aut quies impediatur, diuinum honorem in omnibus

suis

ſuis amicis ac liberis, & ipſorum ſalutẽ vbique deſiderent & quærant, nullius piũ propoſitum relinquendi ſeculi commutãdæ in melius vitæ aut pĩj alicuius amplectendi inſtituti impediant: vt ſtulti quidam faciunt parentes, qui potius eligunt filios in mundo periclitari, quam in monaſterijs ſaluari, & in mũdi pompa malunt eos ſeruire ſeculo quã in humilitate, ſummo omnium Domino: in hoc ipſo nec ſibi benè conſulentes nec ſuis liberis. Verum hac in re debent liberi ipſi parentes & amicos ſuos contemnere, & nullo modo ob ſtultũ eorum affectum pium ſuum propoſitum derelinquere, ne plus parentes, quam Deum comprobentur amare, contra illud quod Dominus ait in euangelio. Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Ex quo conijcitur ſummam eſſe pietatem, in huiuſmodi impium eſſe & crudelem, actum maximè ſperandum profectum ſpiritus, quando ipſi caro magis aduerſatur, vt ſe in exemplum Paulus dedit, qui vbi lumen conſequutus eſt fidei & cognitionis diuinæ, continuo non acquieuit carni & ſanguini, cõtra eos qui vt ſpiritũ in ſe ſentiunt piũ parentes conſulere nõ dubitãt, ciſq; acquieſcere malunt quã Patri celeſti, in grauiſſimã Mat. 10. d.

Gal. 1. c.

plerunq; ipsius ignominiã. Sed aliud nos beatus docet Hieronymus ita scribens. Recordare tyrocinij tui diẽ quo Christo in baptismate consepultus in sacramenti verba iurasti, pro nomine eius non patri parciturũ esse non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere. Ecce donatiuũ quod militaturus acceperas hostilia castra suspirãt. Licet paruulus ex collo pẽdeat nepos: licet sparso crine & scissis vestibus vbera quibus te nutrierat mater ostendat: licet in limine pater iaceat: per calcatũ perge patrẽ: siccis oculis ad vexillũ crucis euola. Solũ pietatis genus, est in hac re esse crudelem. Idẽ nos docuit & Christus ipse, dũ in nuptijs diuinũ exhibiturus opus matrẽ suã visus est contemnere, dicens, Quid mihi & tibi est mulier? Super quem locum ita scribit Ber. Vt quid frẽs, vt quid sic respondet? Vtiq; propter nos, vt conuersos ad Dominũ iam non solicitet carnalium cura parentũ: & necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale. Quã diu enim de mundo sumus, debitores nos constat esse parentibus. At postquã reliquimus nosipsos multo magis ab eorum solicitudine liberi sumus.

Hier. Heliodo. epist. 1.

Huc vsq; ille.

Iob. 2. a.

Berna. ser. 2. in do. i. opus oct. epi.

Breues aliquot pro prospero spiritualis vitæ progressu admonitiunculæ. 1.

Quemadmodũ

QVemadmodũ Dominus iussit filijs Israel, vt sæpius recordarentur diei egressionis ex Aegypto, ita frequẽtius meminisse te conuenit egressionis è seculo, aut singularis vitæ veteris innouationis: sæpius ad memoriam reuocare primum illum feruorẽ ad omne opus bonũ paratũ, & promptitudinem illã ad aduersa ferenda expositam: vt ex recordatione huiusmodi affectus tuus dum fortè tepescit aut languet reparetur atq; renouetur.

II. Vanitatem mundi sæpenumero mente pertracta, & caue vnquam stes aut figaris mente in eius oblectamentis aut illecebris: Primis semper motibus per conuersionem mentis in Deum viriliter resiste. Nullum ex affectu dato locum curiositati, aut nouarũ rerũ desiderio: quũ per huiusmodi, & per vanitatis & momentaneæ delectationis cõsiderationẽ mundus sæpe (vti semen) in corde soleat reuiuiscere.

III. Ita mente ab omni re te labora auertere, vt ab inferioribus his trahi merearis ad superna: nec te aliter moribus exhibe, quã si Deus & tu in mundo essetis soli. Et quod minus effectu præstare potes hoc feruidum resarciat desiderium, nunquã ab hoc studio tepescendo, quantũcunq; infirmitate graueris. Sumptũ ex Specu. mo. in ope. Ber.

IIII. Nunquam excidat menti tuæ intentio, nec Dei qua huius te incolam voluit esse terræ, nec tua qua ingressus es religionē, & facilè vinces affectum erga parentes & mundum. Quum enim peregrinus sis super terram & viator, viæ tuæ partem omni momento vel nolens transigis. Et quū non in aliud quam vt per bonorum operum exercitium Deum ceu parētem, & regnum ceu hæreditatē tibi parares, in terra positus sis: nec ob aliud petatur religio: quomodo, si hæc tepescenti & cessanti succurrant, non acrius te repræhendes & impelles.

Hucusque quod in schedis repertum est ferè posuimus.

V. Cogita quod quicquid tibi collatum est, siue id corporale sit siue spirituale, siue terrenū siue cœleste, si non vis abuti, in proiectū debes spiritus dirigere. Omnia enim sibi impendi, & ad se transferri cupit spiritus qui vt solus est diuinus & perpetuo māsurus, ita quicquid ad ipsum refertur stabile erit & perpetuū. In ipsum ergo quicquid est in nobis vel donorum vel operationum referendum est: ipsius gratia nihil non faciendum, nihil non ferendū: nihil quod bonū est non sequendum: nihil quod noxium nō fugiendum, quandoquidē hac de re exactissima tandem exposcetur ratio.

VI. In cōgregationibus & æde sacra prebe teipsum humilē moribus cōpositū & re-

uerentē, cogitans præsentes illos omneis es se summę illius diuinæ maiestatis famulos, & ipsam maiestatē esse præsentem: atq; ob hæc omnem congregationē stude cū metu reuereri, tanquā terribilem quandam castro rum aciem Domini exercituum.

VII. Contemptor semper esto tui ipsius: & quantū tua ferr imbecillitas, quęre vbiq; propter Dei gloriā haberi contemptui. Cō tende semper per omnia perfectus esse san ctorum imitator, in carentia cōmoditatū, in ferendis æquanimiter incōmodis, in seue ra propriį corporis maceratione, in matura grauitate. Proximo vero tuo iuxta Bonauē Bona. turæ doctrinā in huiusmodi cōcedito: neq; tantundē hic expectato ab alijs, quantū à te ipso: quinimo gratulare etiam si alijs solatia præstari & suas eos cōmoditates habere vi deas, persuasus ipsos talibus esse dignos.

VIII. Quicquid anceps est ad bonū & ma lū, in partē semper interpretare meliorē: & oēm increpationē sēper auspicare in teipso Hoc est, si quid cernas repræhēsione dignū in alijs, cogita idē aut certè simile quid in te esse, quod primū debeas reprehendere: atq; ita ex tua imperfectione facilè disces imper fectionē ferre alienam.

IX. Dum diuinis interes officijs, puta te choris adesse angelicis: simulq; tecū reputa

quantum illi honoris, quantum reuerentiæ impendant ſummæ illi & incomprehenſæ maieſtati Dei: quanto cũ tremore, quanto affectu illam laudibus celebrent, adorent & glorificent: & hæc tecum reuoluens omneis aduoca animæ tuæ vires, totoq; conamine ſtude diuinarũ laudum penſum magna cum animi attentione, humili quodam & religioſo ſpiritu exoluere: ſolicitè præcauens ne vel minimũ quid illic deſignes leuitatis.

X. Si te ſentias maiori quodã ferri amore erga florentem aliquã dictionem, aut erga prædiuitẽ quempiã hominem, quã ad rẽ quamlibet aliam, ſcito huiuſmodi amorem non eſſe à Deo, eoq; protinus illũ à te illata etiam tibi vi expelle. Ad hæc diſce teipſum plenè cognoſcere, omneiſq; animi tui affectus benè habere perſpectos, impẽſius Dominũ pro hac re obtinenda obſecrando, tanquam pro eo in quo totius ſpiritualis profectus ſita ſit felicitas.

XI. In omni tua actione metue ſolicitus, ne quid agas præpoſterè: ne quid plus aut minus, aut alioqui ſecus agas quam oportet, idq; ad exemplum Iob ita dicentis: Verebar omnia opera mea, ſciens quod nõ parceres delinquenti. Iob. 9.

XII. Si te aliquoties aut etiã frequenter labi

labi contingit in peccata aliqua, seu imperfectiones, caue ob id imbecilliori aut despõso sis animo, aut etiã prostergeris: quin potius quoties laberis, toties resurgens & reatum tuum agnoscens, ad diuinam protinus recurrito impetrandã per suspiria & preces indulgentiã. Præpropera enim illa resipiscentia, & festina à rebus Deo cõtrarijs auersio mirum in modum altissimo est grata: & palam etiã declarat, te nõ ex destinata malitia, aut ex diuinæ legis contemptu, sed potius ex imbecillitate naturę delinquere. Porro procrastinatio illa pœnitentiæ sæpenumero Deo magis inuisa est, quam ipse reatus. Quippe peccata nihili æstimare peius est quam peccata committere.

XIII. Proinde imperfectionẽ tuã semper ducito ẽsse grauissimam: & frequenter illã & imbecillitatem tuã apud altissimum damnato & deplangito, conuersationes tibi ob oculos ponens nõ tepidorum, sed feruidorum & perfectorũ. Imperfectionẽ verò alienã ne ducito perinde esse grauẽ: quãdoquidem Dei iudicia sunt inscrutabilia: & peccandi procliuitas non est omnibus æqualis, sed nec æqualis est omnibus gratia.

XIIII. Si in vita sancta cupias promouere, puta omnem illum tibi perisse diẽ, in quo,

quo, prauo tuo affectui & voluntati nihil vel à te, vel ab alijs illatum est aduersi.

XV. Si iniuriam tibi factam feras æquanimiter, caue hinc tibi placeas, aut laude aliqua te æstimes dignum: sed potius cogita multa te cõmisisse quibus iniurias & molestias cõmerueris hac ista longè atrociores.

XVI. Teipsum semper habeto pro omnium abiectissimo pessimoq;, nec dicito te vnquã in virtutibus promouisse: sed nec te aliquid esse, tibi vnquã persuadeto: & hac ratione maximè tibi demereberis Deum, ipsiusq; opem & gratiam.

XVII. Tempus istuc tuum summo studio caue inutiliter transigas: mentem tuam vide vanis cogitationibus distractam habeas, sed contra, stude semper aliquid piæ & salutaris præstare operæ. Pro grauissima autem habeto iactura, si quid tẽporis quantumuis breuis inutiliter expenderis perdideris ue. Tempus enim vtut vilipendatur nullo tamen potest estimari precio.

Ex Spec. mo. in operibus Ber.

XVIII. Hodiernum diem componito cum die hesterno, & horam præsentem exige ad horam præteritam, atq; ita subducta ratione expendito quantum in virtutibus promoueas.

XIX. Si in te operationem aliquam experiaris

periaris diuinæ gratiæ, aut si peculiari aliqua dote præditus sis, illam toto pectore commendato Deo, & tuis diffisus viribus, præcare ipsius gratiæ datorem Deum, vt eam in te dignetur pro optima sua voluntate tueri ac moderari. Time etiam semper ne fortè datæ tibi gratiæ parum respondeas, vt hac ratione in omni diuinæ gratiæ effectu tam interno quam externo constans permanere possis, in humili tuiipsius sensu & æstimatione.

De exercitio lectionis: & quæ sint hic obseruanda. CAPVT. 3.

QVisquis spiritum suum vtiliter & rectè cupit excolere & exercere, diligens & frequens sit oportet, in sacra mysticorum voluminum & aliorũ piorum librorum lectione. Hoc enim pacto primum quidem illustrabitur intellectu ad cognoscendum quid fugiendum sit, & rursus quid sequendum: deinde excitabitur affectu ad diuinum timorẽ pariter & amorem, postremo à multis liberabitur vanis cogitatibus, qui ocio torpentes mirum in modũ infestare, & multarũ solẽt tẽtationũ prębere occasiones. Nã vt impigra & exprõpta sit hominis volũtas, nihilominus tamen obseruari

obseruari & foueri debet, non secus atq; tenera quædam arbuscula, quam & tutari ab incursibus bestiarum, & cotidianis irrigationibus necesse est foueri: maximè quum inueterata illa & praua cõsuetudo multũ adhuc sit efficax, & difficulter possit superari. Cui etiam accedit, quod hostis noster diabolus mille instructus dolis ac fallacijs nunquam cesset captare opportunitatem ad excitandos aut instillandos in pij hominis animum peregrinos aliquos cogitatus aut praua desiderio, quo sic tandem hominem, vel cogitatuũ ipsorum fallacia, vel vehementiũ imaginationum importunitate quasi vi quadã deijciat. Quod sanè non perinde facilè perficere potest in eo qui se frequẽter sacris occupat lectionibus, propterea quod tum hominis illius sensus tam sint rebus sacris mancipati, vt non facilè possint alia alicũde instillari. Præterea quantumuis sit quis in Dei amore tepidus, quantumuis rudis, quantũuis tardo ingenio, legendo tamen paulatim poterit peruenire ad cognitionem, gustum & sensum ipsius spiritus. Hinc ita apud Salomonem legitur, Iusti liberabuntur sciẽtia. Principiũ enim nostræ salutis est notitia veritatis. Quippe citra scientiã nec malũ potest vitari, nec bonum potest adamari. Dũ autem

Pro. 11. b.

autem hic de scientia loquimur, non eã sentimus quæ est rerum subtilium, & communem hominum captũ excedentiũ, sed salutarem illã dicimus scientiam, quæ est piorũ nẽpe notitiam eorũ quæ necessaria sunt ad salutem: quæ nonnunquã maior est in simplicibus & idiotis, quã in viris magnæ eruditionis. Sed & si quis fortè tam stupido sit ingenio, tanquam infirma memoria, vt vix quicquam vel assequatur vel retineat, haud quaquã tamen ob hoc ipsum erit hoc exercitij abijciendum: maximè quũ in sese sit pia occupatio multas arcens à corde legentis noxias cogitationes: vt sileam interim raro non aliquid menti inhærere multa legentis. Et vt demus aliquẽ nihil omnino ex lectione reportare, fieri tamen haud potest, quin aliquo vsq; promoueat in spiritu: & aliqua saltem ex parte mundetur, aut gustum quẽpiam adsequatur. Nam si vasi quantumuis rimoso aquã infundas, vt omnis liquor pereffluat, humiditas tamẽ quædam aliquãdiu relinquitur, & vas ipsum mũdius redditur. Item si vinum aut oleum infundas, nihil interim retineatur licet, remanet tamen odor & humor aliquis, prȩciosi liquoris reliquiȩ. Cæterum in hoc lectionis exercitio, certæ quædam requiruntur conditiones, nempe

eædem quæ in ſumendo alimento corporali fere requiruntur.

Primo loco requiritur pia intentio: nimirũ vt legas & ſtudeas non propter, inutilem aliquam curioſitatẽ: non propter vanitatẽ: non ad leuandũ temporis tedium: non ad acquirendam multarum rerum cognitionẽ: non ad parandam augendamue eruditionis opinionẽ, ſed duntax at vt ea inuenias, quibus & tuæ & proximorum poſsis conſulere ſaluti. Quod ſi alium ſpectes ſcopum, in ipſa tua lectione ſeu ſtudio, detrimentũ potius ſenties diuini amoris quam adiumentũ iuxta illud apoſtoli. Scientia inflat, charitas ædificat. Tunc enim ſcientia hominem per ſuperbiam inflat quando pia caret intentione & diuino vacua eſt amore. Quod ſi tamẽ aliquando legere quippiã cupias q; animi leuet tediũ, & ſolatiũ ſeu voluptatẽ adferat ſacri bibliorũ annales ſumãtur in manus, aut ſanctorũ hominũ hiſtoriæ: ſic tamẽ vt vbiq; quæras quod ad profectũ ſpiritus faciat.

1. Cor. 8. a.

Secundo loco in lectione neceſſarius eſt delectus quidam legendorum, & librorum: nimirum vt ea legas quæ maxime ſunt tibi neceſſaria, aut ſtatui tuo cõgrua: & ne te occupes euoluendis libris impijs, obſcenis vanis aut inutilibus, vbi nihil inuenias niſi vana:

cuiuſmodi

cuiusmodi sunt historia belli troiani, gesta cæsarum aut regum, & id genus alia, in quibus ferè plus mali quã boni offendas: & vnde nullam aut certè permodicam vtilitatẽ haurias. Nullum aũt discrimẽ est, siue hominem quempiam vaniloquum auscultes, siue nugaces legas codices. Cæterum librorũ piorum atq; vtilium duplex potest adsignari genus, iuxta duplicem quem in nobis operãtur effectũ & fructũ. Alij enim potissimũ instruunt, indicãtes quid fugiendũ, & quid sequendũ: alij vero magis excitãt, emolliũt & inflãmant, ad perficiẽda quæ nouimus factu esse necessaria. Vtrũque aũt iuxta nobis est necessariũ. Intellectum enim nostrũ necesse est per doctrinam erudiri & illustrari: voluntatem vero nostra necesse est ad virtutem amplexandã per pias exhortationes aliaq; incitamẽta inflãmari. Quæ duo adeo sibi mutuo gaudẽt in homine cõiungi, vt si alterũ prorsus desit, alterũ sit futurũ inutile imo etiã pernicioſum. Quãquã interim id maximè tibi amplectendum, quo magis te opus habere cognoueris, seu q; minus tibi senseris adesse. Veluti si sufficiẽti polles sciẽtia, sed min9 quã par est habes feruoris, lege potissimũ quæ excitare te possint. Quod si vero voluntas ipsa satis sit accincta & ad

Genus didascalicon.

Genus exhorti facto opus est.

diuinum obsequium accensa, sed parum aut nihil interim suppetat intellectui scientiæ, ad genus cõfugias doctrinale, ea potissimũ lecturus quæ te rectè instituant. In genere tamen consultius semper fuerit eos euoluere codices, qui simul vtranq; conferunt gratiã: videlicet, qui legentem & instruãt simul, & ad virtutem accendant: qualia ferè sunt antiqua illa scripta doctorum veterum.

Tertio loco requiritur certus quidã & debitus legendi & studẽdi modus: quo cauetur ne vno eodemq; tẽpore plura legantur quã sit benè expediens. Nã quemadmodũ in redundantiori eduliorum sumptione alius cibus concoctionem impedit alterius: ita etiã lectio plura, deuorare cupiens quam expediat intellectum hominis effundit, & obtũdit sensus, eoq; alia impediuntur ab alijs. Insuper ex debito seruato legendi modo fiet, vt legas humiliter, præsertim contextũ scripturæ sacræ: qui plerisq; in locis lõgè aliud videtur sonare foris, quam latens sensus cõtineat intus. At hæc scriptura sacra plus vbique tegit mysterij & arcani sensus quã foris prima facie videatur prætendere. Hoc aũt scrutari & inquirere, & retrusos quosq; sensus ingenio eruere haudquaquã spectat ad indoctũ vulgus, aut ad hominem quẽlibet laicum:

laicum: quũ hoc præstare peculiaris cuiusdã eisq; peculiariter in hoc à Deo prouisis. Negari quidem non potest scripturam traditã esse in salutem omnium: res quoq; est explo ratissima Christum Iesum à suis sermonibus excluisse neminem, nec doctum nec indoctum: sed neq; legibus aut edictis quisquam arcetur à lectione sacrorum voluminũ : ex his tamen non consequitur lectionem bibli orũ omnibus esse vtilem ac necessariam. Ex his item colligi haudquaquã potest omneis ex æquo debere aut posse suo ingenio pene trare scrutari & intelligere retrusos scriptu rarum sensus ac mysteria: quũ Christus ipse in historia euangelica manifestè ostendat contrarium, turbis ipsis loquẽs per parabo las, vt videntes non videant, & audientes non intelligant: seorsim aũt apostolis arca- na omnia edisserens, ac dicens, Vobis datũ Luc.8.b. est nosse mysteria regni cœlorum, illis autẽ non est datum. Quibus palam ostendit, do num hoc intelligendorum, & per Spiritum Mat.13.b. & Luc.8.b. sanctum edisserendorum diuinæ scripturæ secretorum, non nisi peculiaribus concedi amicis. Itaq; omnibus quidem cõcessum & licitum est sacras bibliorum historias lege- re, textumq; arcanæ scripturę euoluere, quo videlicet dum à cõcionatoribus, aut ab alijs

viris eruditis scripturam audiunt explanari aut adduci, rectius sic eandem possint intelligere. Velle autē sibi vindicare scripturæ sacræ tractationem & explanationem, quibus id datum non est, nephas est & temerarium. Nam quemadmodum codices medicam rem tractantes pro omnium quidem scripti sunt iuuanda sanitate, & tamen consultū non est eos ab omnibus passim tractari: & quemuis velle suæ valitudini ex illorum lectione consulere: quū ad hoc ipsum præstandum longum requiratur multi temporis studium & multa opus sit industria, lōgoq; exercitio: atq; adeo artem ipsam plenius oportuerat didicisse: ita etiā scripturæ sacræ omnium quidē seruiunt saluti, at non ab omnibus passim volunt tractari. Adde quod nullum ferè sit opificiū quamuis vulgare & apprehensu facilè, quod non prius necesse sit per magistros tradi ac doceri.

Simile. Huc etiam accedit, quod quū Deus frumētum ipsum concesserit in cibum & necessariam sustentionem omnibus omnino hominibus, omnibus tamē & singulis concessum nō est semina illa eo vsq; adaptare, vt cibus esse possint. Neq; enim omnium est arare serere metere: non omnium est frumenta paleis excutere: non omnium est molere: nō

omnium

omnium est panē coquere, sed diuersa hæc à diuersis ad ipsa præstanda idoneis habent exerceri, priusquam frumentū ipsum aptū esse queat esui, ad præstandum mortalibus nutrimentum. Imo multis etiam parum feliciter cæderet, si eo duntaxat pane vterentur, quē ipsi sibi suis manibus adaptassent: aut si in ægrotationibus ijs duntaxat pharmacis vterentur, quæ ipsi sibi ex libris conquisissent atq; aptassent. Ad hunc sanè modum pleriscq; pessime cædit, qui diuinas literas non solum audent legere, verum etiā temerè præsumūt iuxta suum sensum & intellectum, (qui interdum aut perpusillus est, aut obfuscatus) tractare & explanare, atque ita in abominandos labūtur errores, sicuti hisce temporibus (proh dolor) plurimis cernimus vsu venire, qui non verentur adserere sibi tā adesse reduntem & efficacē Spiritū Dei, quā fuerit olim in sanctis ecclesię doctoribus quauis eruditione & vitę sanctimonia præstantibus. Verū quidē est Spiritū sanctū æquę semper esse potentē, verū suas dotes non impertit omnibus æqualiter sed differenter alios vberius alios contractius sua dignatur gratia, & diuersis pro suo arbitratu munera partitur diuersa. Nam alij quidem (inquit apostolus) per

Cor.12.8. Spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, secundũ eundem Spiritum, alteri vero fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in vno Spiritu: alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarum, alij interprætatio sermonũ &cæ. Fieri ergo potest, vt qui pusillus est di lectione, magnus sit peritia atq; intelligentia scripturarum, & ediuerso, qui excelsus est amore, & sanctimonia, pusillus sit (quod ad ipsum attinet) intellectu aut perspicacitate ingenij. Quod sanè ita diuinæ visum est sapientiæ, quo in nobis tueatur alat & augeat amorem humilitatem, aliasq; virtutes. Dum enim in alijs dotem aliquam cernimus quã nõ agnoscimus in nobis, hinc non iniuria de nobis ipsis humiliter sentientes nosipsos submittimus. Rursus dũ quod ipsi nos docere haud possumus docemur ab alio, aut in quo ipsi nobis auxiliari haud possumus auxilio subleuamur alieno, tũ dubio procul non mediocriter incitamur ad adiutorem illum adamandum etiam impẽsius quam fueramus amaturi, si ipsius ope haud eguissemus. Hæc pro eo dicta sint, quod studium & lectio scripturarũ debeat esse humilis, omni posita temeritudine, arrogãtia & supercilio, vt ne nobis persuadeamus quasi

mus quasi omnia pro nostro marte propria que industria rimari & assequi possimus, præsertim in literis sacris : sed intellectum scripturarum ab ijs petamus , qui pias parum consuluere aut consulere possunt à sanctis doctoribus traditas elucidationes. Præterea rudioribus consultius duxerim, vt potissimum legant dilucidos scripturarum explanatores,& pias traditiões petitas ex scripturis sacris per eos quibus Deus hoc doni peculiariter impertiuit, quo breueis quasq; & obscuras scripturæ sententias fusioribus verbis valuerunt aptè explicare: sicuti in dustria coquorũ ex paucis cibis rudibus & crudis , varia adaptare nouit delicata fercula, longè iam naturæ accommodatiora & salubriora, quam fuerant prius vtpote cibi adhuc rudes crudi aut incocti, qualeis primũ ipse nobis largitur Deus.

Necesse est præterea vt literarũ studiosus legat & studeat cũ sedulitate deuotione & ardenti quodam affectu , quasi vehementi quadam tractus esurie ad capiendũ animæ suæ cibum : deinde vt quasi masticando & ruminando pabulum ipsum mẽte reuoluat, pertractet,& benè discutiat, quo pacto aliquid sibi illinc adsumat, vel ad suam salutẽ, vel ad proximi pertinens instructionem.

Quamobrem

Quamobrem operepreciũm fuerit ſolicitè diuini Spiritus opem implorare: tam ante inchoatam quam poſt lectionem finitam. Ante lectionem orabit ſibi impertiri ſufficientem intellectus capacitatem & memoriã, ad intelligendum ex illa lectione quantum ſuæ ſaluti & profectui ſatis erit: Deinde etiam orabit talem in ſe conſeruari ſtudij moderationẽ ne totum ſpiritũ ſuũ in legendo effũdat, aut obſtaculo ſibi ſit, quo minus mẽtem ſuã liberè ſemper in Deũ poſsit cõuertere: id q; magnã ſanè requirit ſolicitudinẽ: propterea q; facillime libertas & ſyncerita mentis ſoleat impediri aut plicari. Poſt lectionẽ vero primũ cogitabit quã procul adhuc abſit à ſenſu & vita eius qui lecta illa conſcripſit: aut certè à perfectione illa, quã lectio illa expoſtulat: dehinc precabitur donari ſibi gratiam, qua iuxta lectionẽ ipſam, vitam ſuam poſſit moderari, & qua ipſam ad animæ ſuæ poſsit accommodare profectum & vtilitatem. Eſt enim bona inſtructio vt docet Bernardus veluti quidam cibus: precatio vero ipſam comitans veluti potius cibum ipſum in ſtomacho mentis ad concoctionem diſponens, & ad nutrimentum animæ accommodans.

Vide Ber. in Can. ſer. 18. g.

De vitę prætẽtis incertitudine, & meditatione mortis. Ca. 4

Quoniam

QVoniam pleriq; innato quodam naturæ vitio sunt admodum tepidi & ignaui: nec facilè mouentur aut flectũtur animo ad feruidum exhibendũ Deo cultũ: & ad ea quæ sunt spiritus: ideo ad executiendum hunc animi lethargum indicabimus hoc loco & aliud quoddam adminiculũ seu medium perueniendi ad exercitium spirituale: nimirum vt sedulo cogitent & perhorrescant vitæ humanæ incertitudinẽ fugacitatemq; & incognitam illam impendentis & ineuitabilis mortis horã. Hæc est enim vera sapientia, hæc veri christiani philosophia, cui toto pectore debet vacare, nẽpe vt per mortis meditationẽ ad mortẽ sese præparet: & prius mori discat quam moriatur: ne si mori prius non didicerit moriatur infeliciter & pereat in perpetuũ. Vnde Climacus, Sicut inquit panis inter alia alimẽta est continuè necessarius corpori, sic memoria Dei & mortis super oĩa est necessaria aĩæ. Et rursus idẽ memoria mortis est mors cõtinua: memoria exitus animę est cõtinuũ suspiriũ. Mors est inquit cõtinua, qa operatur in homine cõtinuã suiipsius mortificationẽ, & mũdi huius contẽptũ. Cõtinuũ est suspiriũ, quia reprimit omne ineptũ gaudium mũdanũq; omne excludit solatiũ. Hac de re quidã veterũ illorũ patrũ in vltimo vitę suę

Climacus gra. 6.

Ex Clima. sumptum gra. 4.

constitutus spiritu, talem protulit sententiã dicens. Nullus qui senserit memoriã mortis poterit peccare. Generat enim in homine mortis memoria inuictum quendam feruorem, efficacem solicitudinem, accinctam promptitudinem, amaram compunctionẽ, & peruigilem custodiam. Nec sanè mirum, quũ nihil sit post mortẽ reparabile. Etenim
Eccle. 11. b. Si ceciderit lignum (inquit ille) ad austrum aut ad aquilonem: in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Si post vitæ huius excessum malè nobis fuerit: si quid tum fuerit omissum: si cubi cessatum, si quid secus factum quam oportuit, non erit vnde poterit resarciri aut emendari. Nulla tum trãscribendarũ literarum suppetet copia: quibus mandari poterit amicis, vt facta reficiant, aut quod perperã factum est emendent. Proinde tanto maiorem vnũquenq; necesse est suæ salutis gerere solicitudinẽ, quanto minus post fata supereſt remedij, quantoq; ignotius est tempus hinc demigrandi. Nescio enim (inquit
Iob. 32. d. Iob) quam diu subsistam: & si post modicũ tollat me factor meus. Quippe qua hora
Luc. 12. e. non putatur filius hominis veniet: Id quod euidentius cotidiana nobis declarat experiẽtia, quam quæuis possint demonstrare scripta. Vnde beatus Grægorius, Horã inquit
Gre. ho. in euan. 13. in fine.

vltimam

vltimã Dominus noſter idcirco voluit nobis eſſe incognitam, vt ſemper poſsit eſſe ſuſpecta: vt dum illã præuidere non poſſumus, ad illã ſine intermiſsione prę̃paremur. Nemo enim, (quadoquidem omnibus teſte apoſtolo conſtitutũ eſt ſemel mori (hanc horam poteſt effugere. Horum o amice lector ſi exactam velis ſubducere rationem, facilè iam te ab omni vindicabis inertia: facilè mundana contemnes ſolatia: facilè carnaleis aduerſaberis voluptates: facilè prauas rerum fluxarum vinces concupiſcentias: & vt ſemel dicam omnia, facilè omnem calcabis prauitatem & malitiam. Nemo enim facilè rebus implicabitur mundanis, qui benè expẽdere nouerit vitã hanc noſtram temporalẽ, nõ aliud eſſe quã fumũ & vaporẽ ad breue tẽpus apparentẽ, iuxta beatũ Iacobum: aut ventũ iuxta ſententiã Iob. Cæterum breuitati & fugacitati vitæ præſentis ex aduerſo æternitatem oppones vitæ futuræ, ſiue in terribili illa gehenna agendæ, ſiue in beata regni cæleſtis patria. Ah homo, tecum ex animo reputa quã iam optarent infelices illi vel vnã ſibi præſtari horã dignæ ſubeundæ pœnitentiæ, qui tã perditè indulto olim tempore ſunt abuſi, in vanitatibus, obſonationibus, ſtultitijs, carnalibus

Heb. 9. g.

Iaco. 4. d. Iob. 7. b. Memento inquit quia ventus eſt vita mea.

nalibus ſolatijs. Quid iam illis proſunt inania illa oblectamenta? quid pro illis recipiunt, niſi intollerabiles cruciatus? Rurſus quid pijs nocuit modica illa adſumpta pœnitentia, pro qua iã gaudiũ poſsident perenne? O quã admirandã dexteræ excelſi mutationẽ in ipſis cernere eſt: dũ qui hic abiecti, inglorij, inopes & miſeri fuere, ibi ſummis cumulantur honoribus, & gloria coronantur perpetua: contra vero qui hic præcelſi, magnifici opulẽti, & felices fuere, illic omni priuantur gloria & fœlicitate, & cũ magna ignominia ſupplicijs deputãtur æternis, qui olim parũ aut nihil interdum veriti ſunt abiectæ in hoc mundo ſortis homines afflictionibus & moleſtijs afficere.

Quomodo quiſq; in meditatione paſsionis dominicæ exercere ſe debeat. Cap. 5.

Eſt & aliud quoddam argumentum mirè efficax ad excitandũ in incipiẽte feruorem ſpiritualem, frequens videlicet recordatio paſſionis mortis & pro nobis effuſi ſanguinis Chriſti Ieſu. Huc enim fideleis quoſdã in fide rudiores pellicere & adhortari cupiebat beatus Paulus, quũ dicere t. Et ego quũ veniſſẽ ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Chriſti: non

1. Cor. 2. a.

enim

enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christũ Iesum & hũc crucifixũ. Hoc ergo sit fidei candidatis cotidianũ studiũ, hæc sit sapentia, hæc philosophia, crucifixũ Iesum toto pectore sitire: ipsius dirã passionẽ cordis penetralibus insculpere: mortis Christi causam modũ & acerbitatẽ iusto libramine trutinare. Nam vt Christus passus est iuxta partẽ sui inferiorẽ, nẽpe iuxta carnẽ, diuinitate ipsa omnis doloris nescia, ita imperfectiores quiq; tanquã adhuc carnales & sensuales potissimũ circa Christi corpus & passionẽ versari debent, vt Christo cõpatiẽtes vna cũ ipso cruci possint cõfigi, ac sic tandẽ admitti ad intelligendas, vidẽdas & gustandas res cœlesteis & diuinas. Eum dubio procul Christus Iesus haud dedignabitur solari, qui ipsius afflictionibus exanimo nouerit cõpati. Ei ostendet diuinitatis suæ thesauros incõparabiles, quẽ tanta erga se amoris flãma conspexerit ardere. Sit proinde cuiq; animę, vna cũ spõsa mystica, desiderabilis ille spõsus Iesus myrrhæ fasciculus: cõmoretur inter spõsæ suæ vbera, quo sic vniuersa spõsæ curentur vulnera. Sicut enim populus israeliticus à serpentibus morsus, æneo illo conspecto serpente, quem Domino iubente in deserto erexerat Moses, ab omni protinus

Can. 1. d.

Exo. 21. b.

protinus sanabatur vulnere: ita quisquis à serpente læsus est diabolo, facilè condonationem merebitur criminũ, & ab omni citius curabitur plaga peccatorum, & virulentarum suggestionũ, si ob oculos sibi proponat in cruce pendentem Dominum Iesum, eiusq; deuoto atq; attento corde meditetur amarissimas afflictiones. Huius quoq; rei figura præmonstrata est in lege veteri, in eo quod sub ipsa omnia ferè mundarentur per adspersum aut effusum sanguinem: quodq;
Heb.9.f. nulla fieret peccatorum remissio, nisi virtute effusi cruoris. Sic enim & nunc nulli omnino contingit peccatorum remissio, nulli vera datur sospitas animæ, nisi per sangui-
1.Cor.1.d. nem agni incontaminati Christi. Qui vt est
Eph.2,b. nobis data redemptio, qua sine in libertatẽ adseritur nemo, ita idẽ factus est iustitia & sanctificatio, ita vt nihil in nobis habeamus iustitiæ aut pietatis: nihil mereamur boni, nõ deniq; potiri possimus salute perpetua, sine ipsius meritis, à quo quicquid in nobis est virtutis, meriti, & salutis, suã trahit originẽ. Itaq; tota salutis nostræ fiducia in merito collocanda est passionis Christi, nec alibi nostræ spei anchora figenda est, quam in libertate illa filiorũ Dei qua nos Christus
Rom.9.d. Iesus gratuito suo fauore dignatus est. Et

hæc

hæc fiducia semper in nobis immota persistere debet, tam in vita quam in morte, nec vllius debet criminis magnitudine labefactari. Præterea quum continuè proni simus ad vitia, atq; adeo cotidie peccemus, necesse est etiam cotidie recordemur eius passionis, cuius virtute & à commissis culpis expurgamur, & præseruamur committendis. Meritis enim passio Christi habetur indignus, qui ipsam in suo corde portare negligit. Contra vero quoties quis ipsam mente reuoluit, toties aliquam animæ suæ maculã diluit. Et quoties quis sincero affectu, vnigenitum Dei Filium crucis affixum patibulo Patri suo cœlesti cũ gratiarum actione offert, toties sanctæ oblationis munus sibi aliquod parat. Est autem hæc passionis dominicæ recordatio veluti saluberrima quædã medicina, non solũ sanans & à peccatis conseruans, verum etiam in virtutibus corroborans. Nihil enim ita ad virtutem incitat: nihil æque hominem ad peccati detestationẽ cogit: nihil sic in virtutibus progredi facit: nihil ita mundi huius cõtemptum adducit: nihil ita proximi operatur salutem: nihil sic emollit cor rigidum & saxeum: deniq; nihil ita hominis animum cœlestibus donis præparat & dignum facit, vt intenta passionis

Christi meditatio. Proinde ad hãc nos horta
Cãt. 8. b. tur Dominus quũ ita in Canticis spõsæ suę ait. Pone me vt signaculũ super cor tuũ: vt signaculũ super brachiũ tuũ. Quod ꝙdẽ tũc adimplemus, dũ redẽptoris nostri vitã passi onẽꝙ, & nostræ infigimus memoriæ, & moribus actionibusꝙ conamur exprimere, cor de ipsũ laudãtes, & pijs operationũ officijs ei obsequẽtes. Est quoꝙ hæc passionis Christi meditatio exercitiũ tale, vnde innumera
Iohan. 1. b. nobis proueniant bona. In primis. n. per hãc nobis illustrat intellectus. Nec mirũ: quũ ipse q passus est lux sit mũdi illuminans omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mundũ: in quẽ quis quis intẽderit mẽtis suæ oculos, luminis ipsius claritate illustrabit corde, non secus atꝙ lucis huius corporalis vtẽs beneficio illuminat in rebꝰ extrarijs. Deinde vt paucis dicã, nullũ est exercitiũ, q magis hominẽ & deterreat ab inhonestis, & excitet inducatque ad virtutẽ, quã dominicæ passionis meditatio. Quis. n. superbiat, si Christũ intueatur sic se se ad mortẽ vsꝙ deijcientẽ? Quis iracundia æstuet, si Christũ cõtẽpletur ꝓ inimicis suis orantẽ? Quis ita induruit, vt nõ emollescat, & ad tãtæ humilitatis exemplũ nõ sese deijciat. Quis frangatur impatientia, in iactura pecuniæ aut famæ, in cõtumelijs, in iurijs in iniustitijs, in morbis in aduersitatibus, in

afflictionib⁹ ſi ob oculos ſibi ꝓponat ieſum crucifixũ, q ſuã reliquit hæreditatẽ: q à ſuo relictus eſt parente, & ab omnibus amicis: qui inter duos latrones ſuſpenſus eſt medius: q conſputus, illuſus, toto corpore laniatus, & vltimo ſic in cruce eſt extenſus vt nullũ mẽbrũ, nullus omnino ſenſus fuerit expers doloris? Quis ita occalluit, quis ita obduruit, quis ita in adamãtis naturã degenerauit, vt ad horũ memoriã nõ inhorreſcat: nõſe à vanitatibus abducat: nõ ſe ab inepta lætitia & ab omni prorſus iniquitate cuſtodiat? qui ſe nõ accõmodet ad imitationẽ tã preclari exẽpli: qui ſe nõ tranſferat ad piã vitã in pœnitentia tranſigendam: ſecũ reputãs prorſus eſſe indignum mẽbrum aliquod affluere delicijs, caput verò vndiq; ſauciari? Atqui natura cõparatũ eſt, vt vno dolente mẽbro, doleãt & cætera omnia. Vnde ſi quis Chriſti recogitãs afflictionẽ ipſi nõ cõpatitur, metuendũ illi eſt, ne expers ſit corporis Chriſti, & ipſius Spiritu nõ viuat: ſed à corpore ſit alienus, & per peccatũ aliqd' vita priuatus: vt nõ iniuria cẽſeri debeat induratus, impius, ingratus, deniq; & carẽs ſenſu. Neq; enim verè chriſtianus eſſe poteſt, q huiuſtãti beneficij cotidie nõ recordatur: q; tantus Dominus tam abiectis impendit creaturis, tamque malè de ipſo meritis. Ad hæc quum

Rom.8.c. 2.Cor.1.b. Paulus dicat, Si compatimur & conglorificabimur: & rursus, Sicut socij passionũ estis sic eritis & consolationis, valdè metuendũ, ne tandem cum ipso habituri non sint partem in gloria cœlesti, qui hic occupari recusat in ipsius passionis meditatione. An tu qui tam adamantino & auerso a Deo es corde, arbitraris te felicissima ipsius fruiturum præsentia? cui iam graue est vnicam cotidie horulam (ad diuinum in te excitandũ amorem) in ipsius occupari passione? Porro qui afflictionum Christi memoria vna cũ ipso affligitur, & cõtristatur, non minus gratum illi exhibet obsequium, quam si in sua passione magno ipsum affecisset solatio. Et qui studiosus est dolorum Christi cõtemplator, non minori donandus est premio, quam si ipsi Christo in suis doloribus fuisset coniunctus.

Cæterum omneis exercitij huius effectus & fructus quis queat explicare? Per hanc meditationem anima hominis arctissimo quodam vinculo amoris cõiungitur Deo: & in summa innumeris ab ipso decoratur virtutibus. Etenim qui Christi commiseretur nuditati, ab ipso vestiri meretur indumentis virtutũ. Qui vna cum Paulo in suo corde

Galat.6.d. portat stigmata Domini Iesu, omnẽ mundi

lætitiam

lætitiam habet pro tristitia, & afflictione. Quomodo enim vanis caperetur gaudijs, aut leuis esset moribus actionibusue, qui assiduè propemodũ in dominica versatur passione, cum sponsa habitans in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ? Ad quã sanè cauernam ideo sponsus aduocat suã sponsam, quod ibi sit schola virtutum, cubiculum spiritus, vmbra salutis, sub qua anima ipsa protegitur refrigeratur, & ab omni æstu praue concupiscentiæ conseruatur. De qua etiam sponsa ipsa loquitur, Sub vmbra inquiens illius quẽ desiderauerã sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Venite ergo omnes qui laboratis, & hic inuenietis requiẽ animabus vestris: Venite qui onerati estis onere imperfectionis, & hic alas quærite diuini amoris, vna cũ Dauide dicentes, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescã. Alæ quædã sunt animarũ nostrarũ, passa illa Christi in cruce brachia. Ad hos confugere habes, dũ mole aliqua premeris peccatorum, ita cũ propheta exclamando, Miserere mei Deus, miserere mei, quoniã in te confidit anima mea. Et in vmbra alarũ tuarum sperabo donec transeat iniquitas. Ad has item crucifixi alas confugere debes, quoties insultibus agitaris tentationũ,

Cant. 2. d. Surge propera amica mea, speciosa mea, & veni columba mea in fora. p. Ibidem.

Cant. 2. a. Mat. 11. c.

Psal. 54. b.

Psal. 56. a.

ita cũ eodẽ propheta dicendo, Sub vmbra
Psal.16. alarũ tuarũ protege me, à facie ipsorũ qui
me afflixerunt. Inimici mei animã meã circũ
dederũt, &c. Mentis enim eleuatio in domi
nicã crucẽ, iucundũ est in tẽtationibus refri-
geriũ, atq; adeo fuga est impugnantiũ nos
inimicorũ. Quã ob rẽ tũ maxime debet pij
hominis animus, ad crucifixũ Iesum ipsiusq;
dolores recogitandos toto se affectu cõuer
tere, quod homo in ipsis tẽtationibus (si mo
do strenuũ hic præstat bellatorẽ) Christo sit
Sap.16.c. afflictione coniunctus. Ad hãc meditationẽ
nemo pius admittitur sine fructu gustu & ꝑ
fectu, propterea q; cibũ in se cõtineat cœle
stẽ, habentẽ omne delectamentũ, omnisq; sa
poris suauitatẽ. Incipientibus quũ argumen
tũ ingerat cogitationũ vtiliũ, genus omne
profligat cogitationũ inaniũ: quibus nõnul
li mirũ in modũ infestantur. Interdũ etiã ab
undantiã confert mellis & lactis, nouũ quẽ-
dã & dulcẽ gustũ præbens rerũ spiritualiũ.
Ge.26.c.d.e Hic enim salutares illi putei reperiuntur,
quos sibi fodiẽtes antiqui illi populi israeli
Iesa.12.a. ci patres magnis sunt cumulati diuitijs. Hic
viuæ illæ aquæ scaturiunt, de quibus loqui
tur Iesaias dicẽs, Haurietis aquas in gaudio
de fontibus saluatoris. Proficientibus hæc
ipsa meditatio incitamẽtũ est indefessi pro
gressus:

greſſus: dū videlicet rememorantur quam promptè ipſos præceſſerit in ſuis afflictionibus Chriſtus. Quin & antidothus illis eſt aduerſus omneis animi morbos & languores: inſuper & efficax ſubſidium ad obtinendum omne bonum. Nā dū vident & intelligunt Chriſtū ſurſum à terra in crucē ſublatū omnia trahentē ad ſeipſum, incitantur & ipſi ad terrena hęc ex ipſius amore relinquēda Cæterū perfectis lōgè etiā vberiorē vtilitatum proueutū adfert hæc crucis Chriſti cō templatio, quemadmodū manifeſtè cernere eſt in multis ſanctorū hiſtoriis. Legimus enim nonnullos per hanc meditationē tantam cōſequutos fuiſſe gratiā, & ad talē peruenisſe diuini amoris ſaporē, & ſenſum, vt nonnunquā propter diuini cuiuſdam feruoris redundantiā veluti extra ſeſe raperentur in Deū. Sic enim hæc gratia illos afficiebat, vt ex perfectis, lōgè redderet perfectiores. Proinde quiſquis cū myſtica ſpōſa ditari cupit fructib⁹ ſpiritus, ſcrutari ſtudeat abſtruſas quaſq; huius ſacroſāctæ crucis virtutes, ſemper ſolicitus ad inueniēdā dulcedinē in amplexib⁹ crucis: ſemper inhians illis capeſcēdis fructibus, illoq; hauriēdo vino, de quibus ſponſa in Canticis loquitur dū ait, Aſcēdā in palmā, & apprehendā fructus eius: & Iohan. 12. c. Cāt. 7. c.

erunt vbera tua sicut botri vineæ. Verũ nos qui adhuc in religione pusilli sumus, sublimia relinquentes sublimibus, ad imperfecti ores docendos transeamus.

Quod industria quadam & cautione opus sit ei qui se salubriter exercitaturus sit in piis meditationibus. Cap. 6.

QVi rudis est & crudus, parũq; adhuc piis meditationibus assuetus, & ad hoc dominicæ passionis exercitiũ se cupit transferre, cautè & prudenter huc accedat oportet, & inchoare debet ab infimis In primis ergo contextũ ipsum euoluet dominicæ passionis, siue iuxta vnũ duntaxat, siue iuxta euãgelistas omneis: & ex ipso intelligere discet passionis ipsius acerbitatẽ, idq; per sensibile aliquod exemplũ, quo sic efficacius in se compunctionem & compassionẽ excitet. Expendet ergo iuxta Bernar. doctrinã, quis sit qui patitur, quã sint acerba quæ patitur, ex quanto amore patiatur: & quis ex tali passione sequutus sit fructus. Qui patitur Deus simul & homo est: nimirũ omnipotẽtis Dei vnigenitus Filius, per quẽ condita est hæc admirãda mũdi fabrica & vnicus & verus filius virginis Mariæ: totius humanæ creaturæ flos & decor. Hic quum & iniusta pateretur & immania, pro

Bernar.

suis

ſuis tamē orauit inimicis & crucifixoribus. Tanta autem & tā crudelia paſſus eſt, quanta alicui hominū poſſunt infligi: ſiue ſupplicium ipſum ſpectes, ſiue contumelias, ſiue paſſionis modū ſiue cauſam. Paſſus eſt enim mortē omnium acerbiſsimā probroſiſsimā & iniuſtiſsimā. Adde etiam quod ea ætate paſſus ſit, quæ eſt homini media, eoq; florētiſsima: deinde etiā eo corpore quod nobiliſsimæ ac tenerrimę eſſet cōplexionis: quę cruciatum reddiderunt acerbiorē: vt ſileam interim, quod in ſua afflictione omni fuerit deſtitutus ſolatio tam interno quam externo, vnde aliqua ex parte dolor potuiſſet mitigari. Nam quanquā eſſet vtrunq;, & Deus ſcilicet & homo, nullum tamen diuinitas præſtitit humanitati ſolatium aut refrigerium: quum tamen de multis legamus ſanctis martyribus, quod nonnunquā in ſuis tormētis tantū experti ſint diuini ſolatij, vt inflicta ipſis pœna non perinde videretur cruciabilis. Verū hoc ipſum aſſertori noſtro indultū non eſt: quemadmodum & ipſe miſerabili voce clamando apertè manifeſtauit dum dixit, Deus meus Deus meus, vtquid dereliquiſti me? Cogitabit præterea ex quā to amore, quanta cū humilitate & animi tolerantia ea omnia paſſus ſit, quo nos miſerrimos Mat. 27. f.

rimos à perpetua eximere damnatione, exẽ tosq; perpetua regni cœlestis bearet gloria, nusquã cõquerens, nusquã mussitãs, nusquã responsans aduersus Patrẽ suũ cœlestẽ, qui huc ipsum demisisset: sed nec vindictã expostcẽs in seuissimos lictores aut mortis suæ autores: deniq; nec querelas agens de humani generis (pro quo tanta patiebatur) ingratitudine. Horũ ergo atq; aliorũ similium diligentẽ rationẽ inire debet, quo in sese excitare possit syncerũ erga Deũ amorẽ, & gratũ diuinarũ virtutũ saporẽ. Sed hic notãter animaduertendũ, quod quisquis ad verũ cupit huius exercitij peruenire fructũ, sedulus semper ac strenuus esse debeat in officio, nec vnquã ob molestiã aliquã aut defectũ pij affectus ab ipso cessare. Quandoquidẽ meminisse oportet hũc tantũ thesaurum haudquaquã esse parabilẽ, nisi magno sudore & lõga ac diligenti inquisitione. Quanquã interim nullus omnino labor huic rei impensus suo carebit præmio, quamlibet is sit exiguus: & vt parum etiã feliciter quis in hoc negocio versetur, omniaq; videãtur cruda, arida, insipida. Dominus enim piũ conatum magis spectat, quã dignitatẽ aut perfectionẽ nudi operis. Quinimo labor ille sine pij affectus sensu, & cũ molestia quadã seu tedio exhibitus,

tus, maiorē interdū mercedē meretur apud Deū, quā labor cū cordis voluptate exhibitus: modo tamen molestia illa & pīj sensus inopia non nostra culpa, sed Dei permissione accidat. Neq; enim nostra cōpassione ipse eget, sed neq; expetit nostrā compunctionē principaliter: quippe q plerunq; gratius habeat humilè cōpassionis desideriū, quam ipsam cōpassionē: sed voluntatē à nobis requirit & operam: cæterū dulcē illū saporē, tanquā mercedē quandā nobis impertit nostri laboris, vbi ei ita visum est. Illa ergo vt præstemus gnauiter nobis & indefesse sudādū est: maxime quū opus quoddā sit misericordiæ, quod Deus magis expoſcit à nobis quā officia illa pietatis proximis exhibenda dū facultas suppetit. Porro cōpassione & sensibili cordis cōpunctione affici non omnibus datū, sed nec cuiquā præceptum est. Amor.n. noster q̄ & Deū tenemur & proximū diligere, haudquaquā necesse est sit affectiuus & sensibilis, vt in sermone quodā tradit beatus Ber. sed necesse est sit propensus effectiuus seu actiuus & officiosus. Veluti si quis calamitosum quēpiā mēdicū cernat: & ex horrore quodam, aliqua tangatur auersione animi: nihilominus tamen, (quomodo Deus misericordes esse præcipit, & ratione æquitasque id expostulat:) effectu ipso

Bi

Cāt. 5. d.

subsidium ei præstet pro sua facultate: etiã si dulcem illum in se non sentiat affectũ, charitati proximi satisfacit, quæ potissimũ in propensa voluntate & opere, non autem in dulci sensu & recordatione animi sita est. Neq; enim subito in flammã erumpit, ignis ipse dilectionis dum iam accenditur, ita vt mox etiam cor inflammet per dulcem sensum, sed vt ignis iste corporeus priusquam conflagret longa nonnunquã eget insufflatione: & multũ interim euaporat tetri fumi, ita & ignis hic spiritualis, diu multis exerceri & strui pietatis officijs desiderat: & frequẽtibus vult precibus pijsq; cogitationibus insufflari, priusquã in vehementem & accendẽtem flammam erumpere queat. Ad hunc autẽ ignem struendum & vehementius accẽdendũ debet quisq; maxime religiosus summo studio incumbere: propterea quod aduersarius noster diabolus, & rursus naturæ nostræ infirmitas, magnũ nobis hac in re facessant negotium, cotidie nobis cogitationes impias & praua desideria ingerẽtes, quibus veluti aquarum infusionibus dilectionis ignem moliuntur extinguere. Quare nihil magis necessarium quam sedulum & cõstans studiũ in ijs rebus cogitandis, & animo euoluendis, quæ mentem hominis ad amorem pos-

rem possent accendere: vt sunt Dei ingẽtia beneficia, veluti nostri creatio, creaturarum in nostrum vsum obsequium & vtilitatem productio, nostri redemptio, præparatę nobis glorię certa promissio. His ergo & alijs similibus cogitandis mentem suã debet adsuefacere, quisquis aduersario cupit præcludere viam, ne cogitationes aduersas nobis possit ingerere: qui nec noctu nec interdiu quiescit, semper machinans etiam dormientibus imaginationes sordidas vanas mundanas aut impias instillare, quo hominis mentẽ oppleat, aridã ac prorsus ineptam reddat rebus diuinis. Quisquis autẽ constanter hic sese continuerit in officio, semper studens quod in se est, vel corpore atq; ore huic sese exercitio accommodare, quando id mente non potest, sentiet tandem diuinam gratiã in se velut aurorã ascendentẽ, & paulatim magis magisq; excrescentem: deinde etiam quo diuturniorem hoc vberiorem hac in re experietur sensum intellectum & saporem: atq; ita tandem reddetur diuina ope facillimũ, quod prius fuerat difficile & molestũ: Quanquam interim cauere debet ne supra vires suas desudet ad obtinendã sensibilem hanc compassionem: ne videlicet, plus satis in hac re sese torquẽs, propter indiscretionẽ suam.

suã cerebri aut sensuũ perturbatione sibi cõ
ciliet. Quandoquidẽ vt sapiens ait, Qui ve
30. d. hementer emũgit elicit sanguinẽ. Ita quoq; indiscreta sui exercitatio hominẽnõnunquã reddit ad omnẽ diuinũ cultũ ineptũ. Quũ enim eiusmodi sensualis adhuc sit, imperfectus, & parũ in diuinis rebus exercitus in ipso statim vestibulo cauere sibi debet à labore & conatu immoderato, intẽperato, & immodice prolixo, id secũ reputans quod suo fratri dicebat, patriarcha Iacob, quũ vna cũ vxoribus, liberis, pecoribus & vniuersa familia domum repeteret, Nosti inquiens
Gen. 33. c. domine mi q; paruulos habeam teneros: & oues & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, moriẽtur vna die cuncti greges. Precedat dominus meus ante, seruũ suũ: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse. Hic quoq; sciẽdũ q; Dnminus noster nouos religionis tyrones, in ipso statim exordio dulci q̃dã iucũdæ pietatis lacte nõnunq̃ educare soleat, hoc pacto ad ipsos efficacius pelliciẽdos, gustũ quẽdã præbẽs eius gratię quã post multos exantlatos labores amicis suis impertire cõsueuit. Verũ hac in re summa cura sibi cauere debent à duobus. Primũ ne in eiusmodi cordis dulcedine nimiũ acquiescãt, nec plus æquo ꝓ ea tuẽda sint anxij; sed

neq; nimiũ triſtẽtur, aut in diuino obſequio torpeſcãt, dũ hãc gratiã non ſentiũt: ſed vt ipſam in arbitrio cõſtituãt Dei, ſiue eã tollere velit, ſiue cõcedere. Deinde ſibi cauere debent ne propter hãc dotẽ per philautiã ſibi placeant, aut magnificè de ſe ſentiant, quaſi propter dulcẽ illũ quẽ in ſe ſentiunt affectũ cæteros in diuino amore & gratia excellãt: quũ nõ in hoc ſumma chriſtianæ religionis & amoris ſita ſit, nec hinc debeat æſtimari. Nã vt canibus nõnunquam de cibis dat filiorũ: & vt famulis interdũ miniſtrat ex menſa dominorũ, idq; nõ ex ſuis meritis, ſed ex vltronea liberalitate dominorum: ita Deus hanc dulcedinẽ nõnunquam minoribus amicis indulget vberius, præſtantioribus vero impertit contractius. Hic ergo meminiſſe oportet eius q; ſapiẽs ait, Nõ agnoſcitur in bonis amicus, & nõ abſcõdetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius, in triſtitia & in malitia illius amicus agnitus eſt. Ad hũc modũ & Dei amici dinoſcũtur non ex ſenſu illo ſpiritualis dulcedinis, ſed ex tolerantia potius rerũ triſtiũ & aduerſarũ, & ex diuini ſolatij deſtitutione. Et ſæpenumero maioris meriti eſt improbus ille ad adſequẽdum diuini amoris ſenſum labor, etiam citra conatus ſucceſſum, quam demulcens illa affectio

Sumptum eſt hoc ex trac. de vita ſolitaria q Bernar. adſcribitur circa med.

Eccle. 12. b.

affectio vltro veniens citra hominis operã. Multis enim de causis huiusmodi sensibilẽ gratiam Deus nõ semper homini impertit. Nam quemadmodum maritus nonnunquã vxorem suã deserit, vel ad probandã ipsius dilectionem, vel ad explorandã ipsius fidẽ, vel ad ipsam dilectionem augendam instau randamue: (quæ ferè resarciri augeri & renouari consueuit, dũ qui diu abfuit maritus rursus ab vxore recipitur:) ita quoq; & Dominus non raro facit, sicut testatur per pro
Iesa.54.c. phetam dicens. Ad punctum in modico dereliqui te: & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciẽ meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.

De ratione distribuendi temporis, & dirigendorum affectuum, aliquot præceptiones

Dem tibi parties in certa horarum spatia, cuilibet diei parti sua designata actione, certamq; tibi rationem prescribes, iuxta quam totã vitæ tuæ seriem per singula temporis spacia in precibus in meditationibus & in alijs exercitijs modereris. Sub vesperam compositurus te ad quietem diligenter discuties occidui iã diei conuersationẽ, solicitè subducta ratione omniũ verborũ actionum cogitationũ.

Si sat

Si sat feliciter cesit diei cursus ages summo numini immensas gratias. Sin secus: vtpote si in aliquod te deprehendis prolapsum esse crimen, mox apprecaberis reatus tui veniã, certo tibi sumpto proposito, deinceps tibi ab illo et alijs peccatis solicitius cauendi, diuina etiã inuocata gratia, quæ te in tuo proposito fulciat & cõseruet. Hæc si facias, ad profectum te adducent: sin minus, non est quòd arbitreris te fœliciter in proba vita progressurum.

Sæpius salutabis sanctissimam illam virginem, Dei genitricẽ Mariã et teipsũ peculiariter ei cõmendãs necessitatem tuam eidẽ insinua nec vllũ sinas preterire diẽ, quo non aliquod ei ipendas obsequiũ. Deo quoq; sũmas age grãs quod illã tãtis cumularit dotibus ac priuilegijs. Præterea quicquid agis boni, id deo offeras per Mariam. Nullus enim ab ea recedit nõ cosolatus, qui humiliter ad ipsam cõfugit desolatus: nec vllus suarũ precũ perdit fructũ, qui syncero deuotòq; pectore ei exhibet obsequiũ. Citra ipsam non est q; tibi pollicearis in virtutibs progressũ: quãdoquidẽ ita visum est altissimo, vt quicquid mortalibus decreuit impertire per manus transfundere velit genitricis suæ Mariæ. Nulla re alia citius diuinum tibi conciliaueris fauorẽ,

ris fauorem, quam per exhibitum sanctissimæ matri ipsius honorem.

Deliges insuper tibi peculiareis aliquot sanctos, quos singulis diebus aliquo venereris obsequio, vt & ipsi curam gerant tuæ salutis: preces tuas offerant diuino conspectui: commissa tua apud altissimum excusent: & ipsorum condonationem tibi ab eodem impetrent: vt talibus ipsorum suffragijs in spiritu possis promouere. Ex singulis autem ordinibus vnum aut alterum tibi deliges, hosq; tuæ impressos memoriæ frequentius inuocabis. Dignum enim est vt solicitè eorum ambias amicitiam, quibus cum perperpetuam cupis habere consuetudinem.

De variis diaboli tentationibus, & quibus armis illis resistendum. Cap. 7.

NE quis autem fallatur arbitrãs in sancta vita summam se reperturum pacem, maxime quum scriptum sit, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, sciat se ad certamen potius vocatum quam ad pacẽ, iuxta illud Iob, Militia est vita hominis super terram: memineritq; quid acciderit filijs Israel proficiscentibus in terram repromissam: nempe quot hostibꝰ fuerint obiecti, quot bellis fuerint agitati. Transmissuris enim Iordanem

Psa. 118.

Iob. 7. a.

Num. 21. e.

duo

duo statim hostes dati sunt, quibus cũ erat conflictandum. Iordane vero iam transmisso, longè plures & atrociores occurrerunt expugnandi aduersarij. Qua in re indicatur quod is qui profectui accingitur virtutum nõ paucos debeat expectare & sustinere adsultus & conflictus: & vbi altius progressus est certamina mire debeat nonnunquam prioribus longè plura & maiora. Habent ergo tyrones sua certamina, eaq; tanto molestiora, quanto minus pugnare, & prauis naturæ concupiscentijs obluctari sunt adsueti. Proinde quisquis diuino se tradere cupit obsequio, necesse est accingat sese ad pugnam: nec minus se ad ineundum conflictum disponat, quam ad capiendum cibum & potũ. Hoc tamen interest inter certamen imperfectorum & certamen perfectorũ, quod imperfecti resistere potius debeãt aduersarijs, quam ipsos adoriri aut inuadere: perfectiores vero, non modo oppugnãtibus obluctari habent, verũ etiã cessantes aggredi & inuadere debẽ, etiã ab ipsis nõ prouocati. Sed ne quis forte arbitretur hoc mei capitis esse somniũ, audi quid Paulus, audi quid hac de re dicat sapiẽs. Paulus enim, Omnes ait qui pie volũt viuere in Christo Iesu persequutionem patientur. Sapiens vero, Fili inquit

Iesuit. 7. & 8.

2. Tim. 3. & Eccle. 2. &

accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationē. An nō hæc nostræ palā suffragātur sententiæ? Vnde sat scio multa te extranea inuasura, quibus necesse est cōstanti & infracto animo resistas, si promissam perseueranter certantibus cupis emereri coronā. Quia vero suggestio diabolica duplex est, interim apertam suadens nequitiam, interim occultam, & specie aliqua pietatis personatā, ideo aduersus illam hortatur nos sapiens stare in iustitia, ad quod opus est fortitudine: aduersus hanc vero iubet stare in timore, qui est initium sapientiæ, & hominem studiosè quærere facit ipsam virtutem, eundēque præcibus insistere facit ad obtinendam diiudicandarum suggestionum peritiam, in quibus nonnunquam transfigurat se satanas in angelum lucis. Nonnunquam enim blandum se exhibet, nonnunquam apertè iratū. Nonnunquam viam salutis super modū facit angustam, quo videlicet hominem ab illa absterreat, & in desperationem mittat: nonnunquam eandem super modum facit latam, quo hominem liberius peccare, & exigua contemnere faciat. Nonnunquam ante actæ vitæ ingerit prosperitatem & voluptatem, quo hominem eodem rursus inflectat:

Psal. 110.

flectat: nonnunquam exempla ingerit eorũ qui incontaminatam & sanctam vitam duxerunt vel citra eiusmodi regulam, institutum aut viuendi genus, cui te forte mancipasti, quo te ab apprehensa viuendi norma desciscere faciat. Nonnunquam cognatorũ & dulcium amicorum recordationem, aut mundi huius bona suggerit: nonnunquam varijs vexationibus conscientiam angustat, quo vitam religiosam reddat fastidiosam. Nonnunquam vitia ob oculos ponit familiarium, quo ipsius familiæ, loci aut instituti tædium & fastidium inducat, sicq; per inconstantiam hominem reddat inquietum, spem aut desiderium ingerens conditionis aut loci obtinendi longè præstantioris. Nonnunquam solicitat per pusillanimitatem, aut desperationem. nonnunquam contra per magnanimitatem philautiam, arrogantiam aut temeritudinem. Nonnunquã mentem dilatat fucata religione, nonnunquam mentem hominis adeo coangustat, vt vix vnquam liceat ad Deum respirare. O quam instructam habet ad pugnam aciẽ: quam est varijs munitus armis, quam innumeris instructus ad decipiendum artibus: quam multipharia habet pharmaca extinguendis animabus composita? sicuti admi-

rando quodã ostento demonstratũ legimus
Vide Vitas patrem. sancto cuidã viro nomine Machario. Huic enim visus fuisse scribitur satanas lineoamictus pallio, eoqꝫ lacero & foraminibus pleno: quibꝰ inserta erãt diuersa vascula, diuersas potiones habẽtia: quibus onustus diabolus in fratrũ se ingerebat collegiũ, vt cuiqꝫ id ꝓpinaret, quo maxime quẽqꝫ credebat inficere aut extinguere. Atqꝫ hæc omnia agitat callidus impostor, vt vnũquẽlibet Dei famulũ seu famulã in obsequiũ pertrahat suum, aut certè vt impedimentũ ei præstet ne in via perfectionis proficiat. Quamobrẽ nõ iniuriais felix ac beatus cẽsendus est, qui ipsius nec metuit terriculamẽta, nec mouetur blanditijs: sed vtrinqꝫ armatus inter prospera pariter & aduersa pertrãsit illæsus, vtpote radicatus & fũdatus super inconcussam petrã Christũ. Etenim quæ super hãc petrã fundata est domus, nullis poterit dissolui aut deijci ventis imbribus aut procellis. Veruntamen quo certior sit certaminis victoria: & hostis ille noster possit superari felicius, paucula quædam hic indicemus adminicula seu media, quibus id commodè fiat: &
ꝯ remediũ callidus ille impostor turpiter concidat. Primo loco ante omnia necessarium est, tibi caueas ne fiduciã habeas in tuis ipsius viribus,

industria

induſtria aut ingenio: ſed vt ſpem omnẽ atque fiduciam colloces in ſola ope omnipotentis Dei, ipſam tibi in omnibus tentationũ incurſibus implorãdo. Citra hanc enim, vt etiã quis ſit fortiſsimus & ſagaciſsimus, nihil aliud eſt in ferociſsimum atq; aſtutiſsimũ diabolũ, quam homo ſit in brutã pecudem. Iuuabit quoq; mirũ in modum, ſi dum quis ſolicitatur ſigno ſe muniat crucis, breuibus aliquot prolatis verbis ſeu preculis, veluti Ecce crucem Domini: fugite partes aduerſæ: aut Per ſignũ crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Quod quidem remediũ quanquã non perinde ſit cõmune, in omni tamẽ tentationis genere, vt aperte tradit Ioannes Gerſon, mirã habet efficaciã Tertio ſingulare quoddam fuerit aduerſus omnes callidiſsimi inſidiatoris ſuggeſtiones remediũ ſi quis conſcientiam ſuã & ſecretos animi cogitatus ſuo pãdat confeſſario, aut ſpirituali patri, ipſi uſq; per omnia hac in re ſequatur cõſilium: q; non ſecus amplectidebet, quam ſi illud ab ipſo acciperet Deo. Quarto mirũ in modũ pfuerit, ſi qs in omnibus ſuis tentationibus tribulationibus & moleſtijs quas omnino nõ poteſt ppulſare & euadere, armet ſeſe virtute trãquillę tolerãtiæ, perſuaſus nullũ omnino hominẽ ſal

2. remediũ.

Gerſon.

3. remed.

4. remed.

absque afflictionibus & certaminibus: ad hæc contingere potuisse molestias longè grauiores: Deum etiam cum gratiarum actione orans, vt si à molestijs illis liberari non expedit, seruetur saltem ab offensis. In cunctis autem insultibus & angustijs totum sese diuino committat arbitrio, semper tamen interim studens dignè pro suavocatione versari: diuinumq; sedulo implorans auxilium, quo prauam consuetudinem, corruptos affectus, omneisq; satanæ machinas possit perrumpere & cum triumpho superare, ita cum Dauide orando. Vsq; quo exaltabitur inimicus meus super me? Respice & exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos ne vsquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.

Psal. 12. a.

Tyronum in christiana religione alphabetum. CAPVT. 8.

Clima. gra. 26.

LEctio seu alphabetum cui operam dare debent, incipientes, secundum Climacum hoc est. Perfectum enim inquit alphabetum spirituale incipientium est, obedientia, ieiunium, cilicium, cinis, lachrymæ, confessio, silentium, humilitas, vigilię, tolerantia, frigus, nuditas, fames, sitis, labor dolor, infirmitas, miseria, contemptus, contritio

tritio, non reddere malum pro malo, obliuiſci iniurie, amor fraternitatis, manſuetudo, fides ſimplex & firma ſine curioſitate quæſtionum, abdicatio curarum ſeculi & propriæ carnis, odium parentum & propriæ patriæ & loci delicioſi, non habere affectum vitioſum ad ſe aut ad alium domeſticum, aut ad aliquam rem, ſimplicitas cum innocentia, mortificatio propriæ voluntatis, & amor vilitatis. Hæc ecce lectio eſt incipientium breuis quidem verbis, ſed prolixa ſententijs: quarum etiam nonnullas in præcedētibus copioſius tractauimus & explicuimus. His ergo trutinandis, his exprimendis ſtudioſè debes incūbere. Non quod omnia neceſſario ſint exprimēda: ſed quod omnia humiliationes quædam ſint, & congrua adminicula tyronum proficere volentium ad perfectiora. Iam hoc loco animo meo chariſsimè amice, diligenter lancibus examina, num vere iam inceperis: num in ſuperdictis gnauiter te exercitaris. Quandoquidem ipſe mihi perſuadeo, ſi in his dictis ſedulo eſſem uerſatus, facile me poſſe peruenire ad perfectionem: à qua tamen longiſsime me video abeſſe. Proph pudor: quid dicam? Simul atq; rationē inire incipio præſentis huius lectionis palam depræ

hendo,

hendo, Deo obsequi, & ad perfectionem præparare, vix dum me bene cæpisse. Ah ni essem planè obcæcatus & induratus, ipse haud dubiè inhorrescerem, nec minus essem animo consternatus quam ij solent qui post longam nundinationem, magnum se arbitrantes fecisse lucrum, subducta tandem ratione deprehendunt se non modo nullum fecisse lucrum, verum etiam mercatus aleam cecidisse infeliciter, atque adeo in ingentia se redactos debita. Sed vt tandem hic finem imponamus primo libro agenti de statu incipientium, sciendum hunc statum initium suum sumere ab humanæ mentis ruditate, & consummationem suam habere in perfecta vetustatis hoc est impietatis & prauæ consuetudinis depositione. Incipit enim à conscientiæ remordentis amaritudine, & desinit in gustu quodam spiritualis lætitiæ. Incipit in mœstitudine, & desinit in gaudio. Vnde non iniuria hic status à nonnullis via purgationis vocata est, propterea quod sordes omnes expurget ac diluat vitæ prioris: & obstacula omnia à carne surgentia tollat vitæ spiritualis. Porro argumentum quod quis hunc statum feliciter ingressus sit, illud est, si rebus corpori necessarijs vti nouerit sobria

bria moderatione: si parcus sit in sermone, & linguam suã rectè cohibere nouerit à verbis ociosis. Argumentum vero prosperi in hoc statu progressus est, si quis sibi imperare nouerit ab iracundia, & irrogatam sibi iniuriam didicerit obliuisci & paruipendere. Cæterum argumentum fœlicis in eodem hoc statu perfectionis est, si quis eo vsque progressus sit, vt magno desiderio cupiat & gaudeat iam sese contemni, despici, exprobrari: si afflictione ferat æquanimis ac volens: si nullum omnino peccatorem diiudicando contemnat, sed potius omneis misereatur. Deniq; indicium quod hi Deo placeant & efficiantur grati illud est, si sibi indies magis magisq; displiceant: si sua vitia quo diutius hoc penitius agnoscant, intelligant & deplorent: si tantam in sese iam sentiant mentis ab omni turpitudine auersionem, quantam prius senserunt ad ipsam conuersionem & amorem: ve luti dum tãtum iam capiunt bonæ voluptatis in exercitijs & actionibus pijs quantã prius capiebant prauæ voluptatis ex rebus actionibusque carnalibus &

impijs

impijs. Ad hæc omnia adsequenda adiuuet nos Christus Iesus. Amen.

PRECATIO.

O Domine Deus, qui hoc mihi gratuita tua bonitate in animum induxisti, ut saluberrimũ hunc incipientium statum amplecterer, tui etiam adiutorij mihi concessa fiducia: fac obsecro ita maiorum me inhærere uestigijs, ut nunquã à meo diuellar instituto: neq; hinc per pusillanimitatẽ, neq; illinc per temeritudinẽ, fastũ aut arroganti am, sed ut te ductore, te directore uia ingrediens regia, ita hoc currã gradu incipientiũ, ut tandẽ adsequi merear proximũ huic gradũ proficiẽtiũ: sic usq; in uirtutibus progrediens ut ubiq; interim humilia de memet sentiam, ne quo pacto contingat per fastũ aut per neglectum seu cessationem, profectum meum impediri sicuti fere usu uenire consueuit ijs qui sibi in profectu uirtutum immodicè blandiuntur: à quo morbo à te pientißime Deus oro conseruari, ut & hic tua gratia, & in futuro dignus haberi merear tua gloria.

Amẽ.

FINIS.

VIA·VITA
HARLE-
MANI

Th
3093

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN